



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



3 3433 06822866 1













TH  
EPISC

5899

THE NEW YORK  
PUBLIC LIBRARY  
ASTOR, LENOX AND  
TILDEN FOUNDATIONS.  
1897

THE ASTOR LIB.  
NY

**C O R P U S**  
**APOLOGETARUM CHRISTIANORUM**  
**SAECULI SECUNDI.**

---

EDIDIT

**IOANN. CAROL. THEOD. OTTO.**

---

**VOLUMEN VIII.**

**THEOPHILUS ANTIOCHENUS.**

*Ἐγὼ μὲν οὖν ὁμολογῶ εἶναι Χριστιανός, καὶ φορῶ  
τὸ θεοφιλὲς ὄνομα τοῦτο ἐλπίζων εὐχρηστος εἶναι  
τῷ θεῷ.*

Theophilus.

---

**IENAE**  
**PROSTAT APUD FRIDER. MAUKE.**  
**MDCCCLXI.**

**THEOPHILI  
EPISCOPI ANTIOCHENI  
AD AUTOLYCUM  
LIBRI TRES.**

---

AD OPTIMOS LIBROS MSS.  
NUNC PRIMUM AUT DENUO COLLATOS RECENSUIT  
PROLEGOMENIS ADNOTATIONE CRITICA ET EXEGETICA  
ATQUE VERSIONE LATINA INSTRUXIT  
INDICES ADIECIT

**IOANN. CAROL. THEOD. OTTO**

PHIL. ET THEOL. DOCTOR, IN P. FACULTATE EVANG. THEOLOGICA VINDOBONENSI  
PROFESSOR P. O., REGII GRAECI ORDINIS SALVATORIS EQUES, AUREO NUMISMATE  
MAGNIDUCALI SAXONICO MERITI IN LL. ET AA. HONORATUS, REGIAE SOCIETATIS  
HISTORICO-THEOLOGICAE LIPSIENSIS, HAGANAE PRO VINDICANDA RELIGIONE  
CHRISTIANA, ALIARUM SOCIETATUM DOCTORUM SOCIUS.

ACCEDUNT

THEOPHILI QUI FERUNTUR COMMENTARII  
IN QUATUOR EVANGELIA

NUNC PRIMUM CASTIGATIORES.

CUM DUOBUS SPECIMINIBUS LITHOGR. CODICUM Mstorum.

---

IIENAE  
PROSTAT APUD FRIDER. MAUKE.  
MDCCCLXI.

THE NEW YORK  
PUBLIC LIBRARY

ASTOR, LENOX AND  
TILDEN FOUNDATIONS.  
1887.



## PRAEFATIO.

---

Theophilus Antiochenus, communi dignus laude cum Iustino aliisque venerandae antiquitatis patribus qui apologiis christianam tuebantur religionem, post Wolfium et Maranum, abhinc annos centum et quod excurrit, haud reperit qui opus ipsius apologeticum „ad Autolyicum“ et emendaret et explicaret. Utcunque studuerunt ei inservire viri literati quos modo memoravi: desiderabatur certe editio (scilicet ex editionibus a Wolfio et Marano adornatis pendet omnino Humphreiana nuper emissa) quae summa cum ἀκριβείᾳ textum qui dicitur ad fidem antiquorum testium repraesentaret ac lucis plus afferret sententiis. Eiusmodi editionem ut perficerem equidem conatus sum.

Omnia in hunc finem comparavi auxilia critica. Nec possum quin viris summopere colendis, qui officia circa Theophilum mihi praestiterunt, maximas palam gratias agam, inprimis Carolo Benedicto Hase, Instituti Franciae socio et in Bibliotheca Imperatoria Parisina conservatori, et Iosepho Valentini, Bibliothecae Marcianae praefecto.



Tres ad Autolyicum gentilem (in dignitate constitutum: lib. III. c. 9. n. 4) libri non simul proderunt, sed singulatim eodem ordine quo nunc habentur (ib. c. 3. n. 14 et c. 19. n. 8) brevissimoque temporis spatio interiecto ad eum missi sunt, deinde vero, tamquam ad idem spectantes argumentum, in unum corpus compacti. Primo libro, ut ex limine patescit, occasionem fecit sermo Theophilum inter et Autolyicum habitus; secundum insecuta ad idem argumentum continuandum produxit cohortatio Autolyici, quae sub initium memoratur; quumque Autolyicus denuo congressus esset cum Theophilo, quod quidem is in fine secundi libri optavit, nec tamen veritati manus dedisset, tertium (quem Lactantius „librum de temporibus“ appellat) confecit Theophilus, quo residuam illi eximeret de veritate religionis christianae dubitationem, ex falso credita novitate scripturarum sacrarum natam. In tertio autem libro auctor, ubi chronologiam ad suam usque aetatem diserte pollicitus est (c. 26), temporum quas nectit rationes tantum usque ad Marci Aurelii obitum deducit (c. 27): unde, siquidem annos Commodi non recenset, hunc patet librum paullo postquam imperare coepit Commodus exaratum esse, h. e. anno 181; duo libri priores tempori proxime antecedenti, anno 180, sunt assignandi.

Eusebius (H. E. IV. c. 24), postquam primo loco τὰ πρὸς Ἀυτόλυκον στοιχειώδη συγγράμματα laudavit, alios commemorat Theophili libros: κατὰ Μαρκίονος, πρὸς τὴν αἵρεσιν Ἐρμογένους, ἑτερά τινὰ κατηχητικὰ βιβλία: qui

omnes omnino interiøre, ut ne fragmenta quidem supersint. Cf. Ad Autol. lib. II. c. 28. n. 16.

Hieronymus (De vir. illustr. c. 25, coll. Praef. in Comment. super Matth. ap. Vallars. Tom. VII. p. 6 sq.) refert legisse se „sub nomine Theophili in Evangelium et in Proverbia Salomonis commentarios,“ qui vero cum operis ad Autolyicum „elegantia et phrasi“ non congruant. Eodem enim teste (in Epist. 121 ad Algas.), si recte video, Theophilus quattuor evangelistas non singulatim sed harmonice interpretatus est, h. e. in interpretatione ea simul tractavit quae in evangeliiis sibi respondent. Cfr. Fr. Lücke Commentar über das Evang. des Johannes P. I. ed. 3 (Bonn. 1840) p. 72 sq., Fr. Bleek Beiträge zur Evangelien - Kritik (Ber. 1846) p. 204 sq., Rud. Anger Synopsis evangeliorum (Lips. 1852) p. XXXIII. n. 1. 2. Exstant hodie, sed latine tantum, sub Theophili nostri nomine „Commentariorum in sacra quatuor evangelia libri IV.“ Unoquoque libro auctor unum ex quattuor evangeliiis allegorice interpretatur; non tamen omnem evangeliorum textum ediderit, sed, praetermissis saepe integris capitibus (in evangeliiis Marci Lucae Ioannis) vel pluribus capitum quae exponit versibus, selectos tantum locos explicat, neque institutum in evangeliiis ordinem semper sequitur, sed nonnunquam priora capita antea ab ipso praetermissa (potissimum in evangelio Matthaei) postea respicit et explicatis aliquando posterioribus cuiusdam capitibus ad alios eius-

dem capitis superiores redit: perraro ex uno evangelio ad aliud transit. Haec scholia allegorica, licet ex plurium doctorum ecclesiae quum graecae (cf. Comm. lib. I. n. 105) tum latinae (cf. lib. I. n. 37), velut Theophili Cypriani Ambrosii maxime Hieronymi, commentationibus a recentiore quodam scriptore latino — paullo post medium saeculum quintum, si vere auguror, cf. lib. III. n. 35 et lib. IV. n. 17 coll. lib. I ad Matth. 13, 46 — sub nomine concelebrati auctoris contexta sint\*), nullo ut constet indicio quae ex illis nostro debeantur: tamen, consilio amicorum doctissimorum ad id impulsus, operi ad Autolyicum tripartito subieci, praesertim quum rarescant editiones quibus continentur\*\*) ac spatium haud ita amplum sit quod implent. Leguntur enim quod sciam nonnisi in Bibliothecae SS. Patrum, a Margarino de la Bigne adornatae, ed. 1. Tomo V (Par. 1576. Fol.) col. 169—192, ed. 2. Tomo I (1589) col. 867—891, ed. 3. Tomo I

---

\*) Etiam Theophiliana compiler procul dubio non ex graeco translulit sed a latinis desumpsit interpretibus, ut ab Hieronymo ea quae Theophilus de parabola oeconomi (Luc. 16) disseruit. Cypriano (Ep. 76 ad Magnum) debetur insignis de corpore et sanguine domini locus (Comm. lib. I ad Matth. 26, 26) et Ambrosio (Expos. in Luc. lib. III. §. 2) locus de Iesu filio fabri (Comm. lib. I ad Matth. 13, 55). Plurima totidem fere verbis ex Hieronymi Commentario ad Matthaem personatus Theophilus in suos commentarios transplantavit, ut interpretationes locorum Matth. 1, 18. 5, 13. 29 sq. 6, 22. 9, 25. Insuper alia quaedam repraesentantur, quae non iisdem quidem verbis sed eodem tamen sensu afferuntur quo apud Hieronymum exstant, ut de parabola fermenti: Comm. lib. III ad Luc. 13, 21 comp. Hieron. Comm. super Matth. 13, 33.

\*\*) Argumentum horum Commentariorum proposuit ac diiudicavit Aug. Varenius in Rationario theologico de scriptoribus ecclesiasticis seculi II (Rostoch. 1673. 4<sup>o</sup>) p. 117—140.

(1609) col. 717—737; vitiosius in Magnae Bibliothecae veterum Patrum (Colon. 1618. Fol.) Tomo II. p. 147—156 et (Par. 1654. Fol.) Tomo I. p. 350—368; vitiosissime in Maximae Bibliothecae veterum Patrum (Lugdun. 1677. Fol.) Tomo II. P. 2. p. 166—175. Quod autem codices mstos attinet, comparent illorum Commentariorum libri quattuor in codice Vaticano latino XCIX, ut iam Montefalconius Biblioth. Bibliothecar. mstorum (Par. 1739. Fol.) Tom. I. p. 14 coll. p. 142 testatus est. Fragmentum tantum, ut investigando cognovi, lisdem fere verbis in libro tertio conspicuum (ad Luc. 16, 1 sqq.), illud scilicet quod in Hieronymi Epistola 121 (al. 151) ad Algasiam qu. 6. Tom. I. p. 860 sq. exstat, unde ab Halloixio in Illustr. eccl. orient. scriptorum sec. saec. vit. et docum. p. 751 sq., Grabio in Spicil. SS. Patrum sec. II. p. 223 sq., Combesio in Biblioth. Patrum concionat. Tom. VII. p. 143 repetitum est, codex suppeditat Mediceus latinus XXIV. plut. XVIII, membranaceus (in Fol.) foliorum 264, saeculo XI exaratus, loco 64 fol. 109<sup>a</sup>; inc. „Theophilus Antiochenae Ecclesiae septimus post Petrum Apostolum Episcopus haec super hac parabola in suis Commentariis est loquutus. Dives qui habebat villicum sive dispensatorem“ etc., des. „Christum, qui dei patris verum lumen est, perdidit.“ Equidem commentarios a permultis librorum et typographorum erroribus sat apertis tacite expurgavi ac singulos scripturae sacrae locos curate adnotavi.

**Viris intelligentibus meam non ingrati fuisse operam, quam deo iuvante monumentis secundi saeculi apologeticis hucusque navavi, quum ex epistolis ad me scriptis cognovi tum ex censuris divulgatis. Quodsi meis curis et criticis et exegeticis etiam in Theophilum aliquid commodi redundavisse sensero, fructum existimabo me percepisse.**

**Scripti Ienae M. Augusto A. MDCCCLX.**

**Carolus Otto.**

---

**PROLEGOMENA**  
IN  
**LIBROS THEOPHILI AD AUTOLYBUM.**

---

- I. CONSILIUM HUIUS EDITIONIS.
  - II. RECENSUS LIBRORUM MANUSCRIPTORUM.
  - III. RECENSUS LIBRORUM IMPRESSORUM.
  - IV. RECENSUS TRANSLATIONUM.
  - V. DE THEOPHILIANA DICTIONE.
  - VI. ARGUMENTUM OPERIS AD AUTOLYBUM.
  - VII. COMPUTATIO TEMPORUM A THEOPHILO FACTA.
-



## I. De huius editionis ratione.

**T**extus librorum Theophili Antiocheni *πρὸς Ἀυτόλοχον* a me petitus est ex veterrimo notae optimae codice Veneto 496, saepenumero a scriptura per Gesnerum vulgata recedente omnibusque editoribus incognito, quem ipse meae editionis gratia accuratissime perlustravi. Perpaucis tantum locis, ubi lectio quae satisfaciat in eo non comparet, caeteros codices inferiori aetate exaratos in auxilium vocavi aut — id quod raro mihi fuit opus — textui certam quamdam inserui coniecturam, iuxta codicum vestigia rationibus prudenter subductis excogitatam \*). Interpunctionem, quae praecipua recognitionis pars iure habetur, diligenter emendavi: in universum revocavi ad maiorem simplicitatem. Capita orationis eadem agnovi quae in exemplari Marignano repraesentantur; praeterea margini apposui non paginas solum literasque (B. C. D) usitatissimae editionis Morellianae, ter ita emissae (1615. 36. 86) ut in ipsis paginarum signis concordia servetur, sed

---

\*) Vide e. c. lib. II. c. 3. n. 7. 13. 18, c. 4. n. 15, c. 8. n. 11, c. 20. n. 7, c. 24. n. 18, c. 25. n. 12, c. 31. n. 30. 35, c. 32. n. 10, c. 37. n. 1. 5, c. 38. n. 7, lib. III. c. 4. n. 5. 6, c. 6. n. 9. 10, c. 8. n. 7, c. 12. n. 9, c. 14. n. 13, c. 16. n. 7. 8. 9, c. 19. n. 15, c. 22. n. 18. 19, c. 23. n. 3. 6, c. 24. n. 35, c. 25. n. 4. 17, c. 27. n. 22. 23, c. 29. n. 7. 12. 16. 24, c. 30. n. 8.



etiam paragraphorum numeros in Wolfiana editione indicatos.

Adnotatio, qua Theophilum adornavi, et critica est et exegetica, sicut in meis Iustini Tatiani Athenagorae editionibus. Et in critica quidem id spectavi ut non modo perpetuam lectionum discrepantiam in libris manuscriptis et impressis conspicuam sed omnes quoque virorum doctorum ac meas coniecturas religiose commemorarem; unde cuivis licet historiam *κρίσεως* nostri scriptoris penitus perspicere. In exegetica autem hoc modo versatus sum ut, ubicunque ratio postularret, scriptoris verbis et sententiis accuratam interpretationem supponerem: animadversiones quum aliorum, quotquot utiles sunt mihi visae \*), tum novas meas proponens nihilque in iusto brevitatis studio praetermittens quod ad rem faceret.

Versio est Maraniana, sed innumeris locis a me emendata rectiusque conformata.

Indices verborum notatu dignorum, rerum memorabilium, locorum e sacris et profanis scriptis citatorum \*\*), auctorum in prolegomenis et adnota-

---

\*) Dissertatiuncula Theoph. Grabneri hodie rarissima „De Theophilo Episcopo Antiocheno. Dresd. 1744“ (4<sup>o</sup> min.) nullius est ponderis; non continet nisi sex paginas, quibus quinque theses proponuntur: „Theophilum, trium librorum ad Autolyicum auctorem, non fuisse illum Theophilum ad quem D. Lucas duos de vita et rebus gestis Christi et Apostolorum libros scripserit“ etc. Cf. Ioach. Henr. Ostermeier: *Stromat. theoll. selectt. ex libris Theophili Ant. ad Autol. P. I: Miscellan. Lubecens. Vol. III (Rost. et Wism. 1760) p. 114—164*, et Petr. Pasquet: *Essai sur les trois livres à Autolyicus de Théophile d'Antioche. Argent. 1857.*

\*\*\*) Cf. Illg.-Niedner. *Zeitschrift f. d. histor. Theologie* (Geth.) 1859. Fasc. 4. p. 617.

tionibus allegatorum diligentissime confeci, ut in meis Apologetarum quos antea memoravi editionibus.

Ubi meas ad Iustini Phil. et Mart. Opera notas (= n.) laudavi, usus sum editione altera.

## II. De codicibus manuscriptis.

Reperiuntur hodie, ut investigando cognovi, tres tantum Theophili ad Autolyicum codices manu exarati: quorum primus, Venetiis servatus, potiores lectiones suppeditat et ultimus, h. e. Parisinus, non continet nisi tertium Theophilensis operis librum \*). Ac de iis quidem codicibus, a nullo editore ad hoc usque tempus curate descriptis \*\*) (inmo primus isque antiquissimus et praestantissimus editores prorsus fugit), hic referam.

I. *Codex Venetus graecus CCCCXCVI*, Venetiis in Bibliotheca S. Marci asservatus, olim peculiū Cardinalis Bessarionis (ut idiographa eius nota

\*) Contendit Nourrius in Appar. ad Bibliothecam Max. velt. Patrum P. I. p. 507 plures Parisiis in Bibliotheca Regia librorum Theophili ad Autolyicum codices manu exaratos asservari, nimirum deceptus — pariter atque Wolfius in edit. Theoph. Praef. p. XXV et eius vestigiis Thienemannus in transl. Theoph. germ. Introd. p. 15 — notā Ducaeanā (p. 39) ad verba *πᾶσα ἡ ὑπ' οὐρανὸν* lib. I. c. 12, quam oculo inopexit admodum veloci. Etenim Ducaeus: „Porro,“ inquit, „ὑπ' οὐρανὸν“ scripsi priori loco [nempe *Proverb. 8, 26*] ut posteriori [I. c. 8, 28: utramque scilicet locum antea laudavit], sequutus auctoritatem Regii codicis ms. [h. e. *Proverbiorum*, neutiquam Theophili]; male enim in excusis [scil. Bibliis, cf. *Vet. Test. gr. c. var. lect. ed. Holmes-Parsons. T. III: Proverb. 8, 26*] est *ὑπ' οὐρανὸν*.”

\*\*) E. g. Wolfius l. c. atque pendentes ex eo Thienemannus l. c. et Humphreius in edit. Theoph. Proll. p. VIII dicunt codicem Bedlesianum saeculo IX vel X exaratum esse! — Codices istos quod attinet, alios virorum doctorum errores silentio praetereo.

graeca testatur, codici praefixa: fol. 1<sup>b</sup> non numer.), membranaceus in 4<sup>o</sup> mai., foliis constans 185, saeculo undecimo scriptus, loco septimo fol. 160<sup>b</sup>—185<sup>a</sup> Theophili ad Autolyicum libros tres suppledit. De hoc codice egregio, quem summa ipse diligentia pervolutavi, haec memoratu digna mihi videntur. Indice operum quae hoc volumen continet primâ manu confecto (fol. 2<sup>a</sup> non numer.) laudantur: *Θεοφίλου πατριάρχου ἔκτου \**) *τῆς μεγάλης ἀντιοχείας πρὸς ἀυτόλυκον ἑλληνα περὶ τῆς τῶν χριστιανῶν πίστεως λόγοι τρεῖς*. Verba *περὶ τῆς τῶν χριστιανῶν πίστεως*, quae in ipsa codicis Parisini inscriptione habentur, originem inde duxerunt quod Eusebius H. E. IV. c. 24 *τὰ πρὸς Ἀυτόλυκον στοιχειώδη συγγράμματα* vocavit \*\*). Illa vero a librariis iam ante saeculum sextum apponebantur, ut Gennadius De vir. illustr. c. 32 testatur, qui: „Legi,“ inquit, „et tres *de fide* libros sub nomine eius [Theophili Alexandrini!] titulos.“ Theophilo Alexandrino tribuit seu memoriae vitio seu codicis fraude. Cf. quae ad lib. I. c. 5. n. 8 (p. 18) observavi. Inscriptio ipsa operis Theophili fol. 160<sup>b</sup> habet sic: † *Θεοφίλου πρὸς ἀυτόλυκον*. Initio libri secundi huius operis fol. 164<sup>a</sup> legitur:

\*) Sic etiam Eusebius H. E. IV. c. 20 et Chron. ed. Aucher. P. II. p. 290 (coll. infra cod. Paris.): Petro scilicet in computum non assumto; alioquin enim septimus fuerit, qualem, hoc habito respectu, Hieronymus Epist. 121 ad Algas. qu. 6 (comp. cod. Laur. Medic. lat. XXIV fragm. Theoph. Commentar. in Evangg. fol. 109) et alii eum faciunt. Cf. Cotelierum ad Constitt. apost. VII. c. 46 (P. II) p. 299, ad Recognn. X. c. 71. p. 401 sq., et Fabricium ad Hieronym. De vir. illustr. c. 25.

\*\*) Coll. Io. Fr. Buddei Isag. hist.-theol. ad theolog. univ. P. I (Lips. 1730. 4<sup>o</sup>) p. 309 et Io. G. Walchii Biblioth. patr. ed. Danz (Ien. 1834) p. 491.

Specimen Codicis Veneti A96.

+ θεοφίλον πρὸς ἀντόλιν κόνι-  
στομύλον μιν δὲ σφίμα καὶ φράσις  
δὲ σφίσις ἐστὶν παρὰ ἑξήκων ἑξαμύλον  
πρὸς καινὴν δόξα αὐθιγίσι σφίσις  
χρυσίτον μιν κατέφραφον μιν  
ὅδε τῆσ ἀκρίθασ δρασφίσις ἐστὶν  
σφίσις μιν σφίσις ἐστὶν  
ἐξ ἑξήκων ἑξαμύλον τὸν λόγον τῆσ  
ὅποιον μιν ἐστὶν δὲ ὅσον ἐστὶν  
κατέφραφον μιν ἐστὶν σφίσις καὶ  
χρυσίτον μιν ἐστὶν τῆσ φράσις σφίσις

**Viris intelligentibus meam non ingratham fuisse operam, quam deo iuvante monumentis secundi saeculi apologeticis hucusque navavi, quum ex epistolis ad me scriptis cognovi tum ex censuris divulgatis. Quodsi meis curis et criticis et exegeticis etiam in Theophilum aliquid commodi redundavisse sensero, fructum existimabo me percepisse.**

**Scrpsi Ienae M. Augusto A. MDCCCLX.**

**Carolus Otto.**

---

**PROLEGOMENA**  
**IN**  
**LIBROS THEOPHILI AD AUTOLYBUM.**

---

- I. CONSILIUM HUIUS EDITIONIS.**
  - II. RECENSUS LIBRORUM MANUSCRIPTORUM.**
  - III. RECENSUS LIBRORUM IMPRESSORUM.**
  - IV. RECENSUS TRANSLATIONUM.**
  - V. DE THEOPHILIANA DICTIONE.**
  - VI. ARGUMENTUM OPERIS AD AUTOLYBUM.**
  - VII. COMPUTATIO TEMPORUM A THEOPHILO FACTA.**
-

† τὸ β: ~, initio tertii fol. 177<sup>a</sup>: † τὸ γ: ~, in fine fol. 185<sup>a</sup>: Θεοφίλου πρὸς αὐτόλυκον † ᾱ β̄ γ̄ τέλος. Praeterea hoc codice offeruntur: 1<sup>o</sup>. S. Gregorii Nysseni Antirrheticus adversus Apollinarem fol. 1<sup>a</sup>: τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν γρηγορίου ἐπισκόπου νύσης πρὸς τὰ ἀπολιναρίου ἀντιρρητικός. 2<sup>o</sup>. Eusebii Pamphili Adversus Marcellum Ancyrae episcopum libri duo fol. 29<sup>b</sup>: εὐσεβίου τοῦ παμφίλου τῶν κατὰ μαρκέλλου τοῦ ἀγκύρας ἐπισκόπου λόγος ᾱ. 3<sup>o</sup>. Eiusdem Adversus Marcellum de theologia ecclesiastica libri tres, praevia epistolâ ad Flacillum, fol. 48<sup>a</sup>: τῷ τιμιωτάτῳ καὶ ἀγαπητῷ συλλειτουργῷ φλακίλλῳ εὐσέβιος ἐν κυρίῳ χαίρειν. 4<sup>o</sup>. Origenis Adamantii Dialogus contra Marcionitas de recta in deum fide fol. 92<sup>a</sup>: διάλεκτος ἀδαμαντίου τοῦ καὶ ὀριγένους περὶ τῆς εἰς Θεὸν ὁρθῆς πίστεως κτλ. 5<sup>o</sup>. Zachariae, episcopi Mitylenes, Ammonius sive De opificio mundi, praevio argumento, fol. 125<sup>b</sup>: ζαχαρίου σχολαστικῷ χριστιανῷ τοῦ γενομένου μετὰ ταῦτα ἐπισκόπου μιτυλήνης ὁ διάλογος ἀμμώνιος ὅτι οὐ συναΐδιος τῷ Θεῷ ὁ κόσμος κτλ. 6<sup>o</sup>. Aeneae Gazaei Theophrastus sive De animarum immortalitate, praevio argumento, fol. 143<sup>a</sup>: αἰνείου σοφιστοῦ διάλογος Θεόφραστος ὅτι οὐκ ἔστιν ἀνθρώπων προβιοτή [= vita ante acta] καὶ ὅτι ἀθάνατος ἡ ψυχή. Hic codex, cuius singulae paginae bipartitae versus 42 comprehendunt, est eleganter conscriptus, et quamvis atramentum palluerit tamen literae oculos minime fugiant. Scriba plerumque *v* pro *β* usurpat, iota subscriptum non agnoscit, passim accentum omittit, perraro peccat in ponendo spiritu vel accentu, e. g. ἀθηναῖς, οὐσας, ὄφθαλμοῖς, φραῖσις, νυμφίος, μητραῖσι, Corp. Apoll. Vol. VIII.

nonnunquam *ε εη* vel *ε* et *αι* permiscet, frequenter *ν* quod dicitur *ἐφελκυστικὸν* ante consonas retinet (adeas quae ad Athenagorae Supplic. c. 1. n. 2 al. observavi, coll. Tischendorf. Prolegg. ad N. T. ed. 7. mai. Lips. 1859. p. LIII et Al. Buttmann. *Gramm. d. neutest. Spr.* Berol. 1859. p. 9), *οὕτως* constanter scripsit (bis *οὕτω*: cf. Tischendorf. l. c. et Winer. *Gramm. d. neutest. Spr.* ed. 6. Lips. 1855. p. 40), parcus est in membris orationis per puncta distinguendis. Corrector autem, cuius manus inferiorem aetatem prodit et atramento magis nigricante conspicua est, omnia huius codicis scripta percensuit, ut tum sua ipsius auctoritate tum maxime alius codicis iunioris ope peccata antiqui scribae vera et opinata tolleret: qui quidem potissimum literas passim pallidas renovavit, interdum iota sub *α η ω* scripsit, accentus si aberant addidit, spiritus et accentus falso positos ubique correxit, *ε εη* ubi vocabulo non conveniunt mutavit, *ν ἐφελκυστικὸν* et *ς* in vocula *οὕτως* ante consonantes sine ulla fere exceptione erasit, orationem ut dilucida sit per signa, praesertim commata, distinxit, scholia insuper per pauca margini adscripsit. Huius viri interpolatrix potius quam emendatrix manus a Theophilo melius omnino abstinisset. Quamquam prima scriptura omnibus locis facile perspicitur. Egomet excellentissimi codicis, quem nullus adhuc editor aut cognitum habuit aut contulit, diversas lectiones tanta enotavi religione ut ne levissimam quidem discrepantiam omiserim.

II. *Codex Bodleianus graec. miscellan. XXV,*



olim 2040, Oxonii in Bibliotheca Bodleiana repositus (auct. E. 1. 11), chartaceus, ex charta laevigata, in folio, foliorum 286, circa medium saeculum decimum quintum exaratus manu Georgii cuiusdam, cuius plures codices msti in illa Bibliotheca reperiuntur, haec ipsa quae in codice Veneto insunt scripta (excepto Gregorii Antirrhético) complectitur eodem ordine: 1<sup>o</sup>. Eusebii Adv. Marcellum libros II fol. 1: *Εὐσεβίου τοῦ παμφίλου τῶν κατὰ μαρκέλλον, τοῦ ἀγκύρας ἐπισκόπου, λόγος α΄.* 2<sup>o</sup>. Eiusdem Adv. Marcellum de theologia ecclesiastica libros III, in-scriptos Flacillo, fol. 38: *Τῷ τιμιωτάτῳ καὶ ἀγαπητῷ συλλειτουργῷ φλακίλλῳ εὐσέβιος ἐν κυρίῳ χαίρειν.* 3<sup>o</sup>. Origenis Dialogum contra Marcionitas fol. 122: *Ὁριγένους διάλογος κατὰ μαρκιανιστῶν [sic].* Incipit: *Διάλεκτος ἀδαμαντίου τοῦ καὶ ὠριγένους περὶ κτλ.* 4<sup>o</sup>. Zachariae Ammonium, praemisso argumento, fol. 183: *Ζαχαρίον, σχολαστικῷ χριστιανῷ τοῦ γενομένου μετὰ ταῦτα ἐπισκόπου μιτυλήνης, ὁ διάλογος ἀμμόνιος ὅτι κτλ.* 5<sup>o</sup>. Aeneae Theophrastum, praemisso argumento, fol. 213: *Αἰνεῖον σοφιστοῦ διάλογος θεόφραστος ὅτι κτλ.* 6<sup>o</sup>. Theophili Ad Autolycum libros tres fol. 243—286: *Θεοφίλου πρὸς αὐτόλυκον.* In fine libri secundi huius operis legitur τὸ δεῦτερον, tertii initio τὸ τρίτον, in calce: *Θεοφίλου πρὸς αὐτόλυκον. τέλος.* Sane hic codex valde consentit cum Veneto: ex quo descriptus videri possit, ita tamen, ut scriba istas correctoris mutationes reciperet fere omnes passimque alias lectiones consulto aut imprudenter admitteret. Aliquot eius scripturae in editione Felliana a. 1684 repraesentantur. Sed accurate eum Theo-

philus Schelgvius, priusquam professionem in gymnasio Gedanensi suscepit, operis Theophili editionem meditans, in itinere anglico a. 1708 contulit: qui, quum coeptam editionem multa muneris occupatione distentus absolvere non posset, variantes lectiones cum Wolfio amice communicavit ut novae editioni ab eo parandae inservirent. Per paucas tantum omisit: quas supplevi.

III. *Codex Parisinus DCCCLXXXVII*, olim 808 postea 1827, Parisiis in Bibliotheca Imperatoria custoditus, ex numero Fonteblandensium (Regia enim Bibliotheca 1544—1595 in arce Fonteblandensi asservabatur), chartaceus, ex vulgari charta saec. XVI usitata, in folio magno, foliorum (223) 218, anno 1540 (primo dumtaxat folio excepto) a Constantino Palaeocappa, graeco homine, monachicum Pachomii nomen ferente, cuius complures hodie libri msti exstant (Opp. Athenag. = Corp. Apoll. Vol. VII. Proll. p. XXIV, coll. Montefalcon. Palaeogr. gr. p. 105), grandi caractere, *μονοκονδυλίοις* ut librarii graeci vocant, eleganter exaratus, undecimo loco fol. 42<sup>a</sup>—112<sup>b</sup> Theophili librum tertium ad Autolyicum praebet. Hoc enim codice continentur: 1°. *Θεώρημα τοῦ θείου μαξίμου* fol. 1<sup>a</sup>: repraesentans figuram circularem mysticam, sive circulos tres sese mutuo secantes et unum illos circumplectentem, cum inscriptionibus trinitatis mysterium explicantibus. 2°. Hexastichon iambicum fol. 1<sup>b</sup>: quatenus ad deum pertineat τὸ διττόν, τὸ τριπτόν, τετράς, πεντάς, ἑξάς, ἑπτάς. 3°. Anastasii Antiocheni et Cyrilli Alexandrini Expositio



etiam paragraphorum numeros in Wolfiana editione indicatos.

Adnotatio, qua Theophilum adornavi, et critica est et exegetica, sicut in meis Iustini Tatiani Athenagorae editionibus. Et in critica quidem id spectavi ut non modo perpetuam lectionum discrepantiam in libris manuscriptis et impressis conspicuam sed omnes quoque virorum doctorum ac meas coniecturas religiose commemorarem; unde cuivis licet historiam *ἱστορίας* nostri scriptoris penitus perspicere. In exegetica autem hoc modo versatus sum ut, ubicunque ratio postularet, scriptoris verbis et sententiis accuratam interpretationem supponerem: animadversiones quum aliorum, quotquot utiles sunt mihi visae \*), tum novas meas proponens nihilque in iusto brevitatis studio praetermittens quod ad rem faceret.

Versio est Maraniana, sed innumeris locis a me emendata rectiusque conformata.

Indices verborum notatu dignorum, rerum memorabilium, locorum e sacris et profanis scriptis citatorum \*\*), auctorum in prolegomenis et adnota-

---

\*) Dissertatiuncula Theoph. Grabneri hodie rarissima „De Theophilo Episcopo Antiocheno. Dresd. 1744“ (4<sup>o</sup> min.) nullius est ponderis; non continet nisi sex paginas, quibus quinque theses proponuntur: „Theophilum, trium librorum ad Autolyicum auctorem, non fuisse illum Theophilum ad quem D. Lucas duos de vita et rebus gestis Christi et Apostolorum libros scripserit“ etc. Cf. Ioach. Henr. Ostermeier: *Stromat. theoll. selectt. ex libris Theophili Ant. ad Autol. P. I: Miscellan. Lubecens. Vol. III (Rost. et Wism. 1760) p. 114—164*, et Petr. Pasquet: *Essai sur les trois livres à Autolyicus de Théophile d'Antioche. Argent. 1857.*

\*\*\*) Cf. Illg.-Niedner. *Zeitschrift f. d. histor. Theologie* (Goth.) 1859. Fasc. 4. p. 617.

tionibus allegatorum diligentissime confeci, ut in meis Apologetarum quos antea memoravi editionibus.

Ubi meas ad Iustini Phil. et Mart. Opera notas (= n.) laudavi, usus sum editione altera.

## II. De codicibus manuscriptis.

Reperiuntur hodie, ut investigando cognovi, tres tantum Theophili ad Autolyicum codices manu exarati: quorum primus, Venetiis servatus, potiores lectiones suppeditat et ultimus, h. e. Parisinus, non continet nisi tertium Theophilensis operis librum \*). Ac de iis quidem codicibus, a nullo editore ad hoc usque tempus curate descriptis \*\*) (inmo primus isque antiquissimus et praestantissimus editores prorsus fugit), hic referam.

I. *Codex Venetus graecus CCCCXCVI*, Venetiis in Bibliotheca S. Marci asservatus, olim peculiū Cardinalis Bessarionis (ut idiographa eius nota

---

\*) Contendit Nourrius in Appar. ad Bibliothecam Max. vett. Patrum P. I. p. 507 plures Parisiis in Bibliotheca Regia librorum Theophili ad Autolyicum codices manu exaratos asservari, nimirum deceptus — pariter atque Wolfius in edit. Theoph. Praef. p. XXV et eius vestigiis Thienemannus in transl. Theoph. germ. Introd. p. 15 — notā Ducaeanā (p. 39) ad verba *πᾶσα ἡ ὑπ' οὐρανὸν* lib. I. c. 12, quam oculo inopexit admodum veloci. Etenim Ducaeus: „Porro,“ inquit, „ὑπ' οὐρανὸν“ scripsi priori loco [nempe *Proverb.* 8, 26] ut posteriori [l. c. 8, 28: utramque scilicet locum antea laudavit], sequutus auctoritatem Regii codicis ms. [h. e. Proverbiorum, neququam Theophili]; male enim in excusis [scil. Bibliis, cf. Vet. Test. gr. c. var. lectt. ed. Holmes-Parsons. T. III: *Proverb.* 8, 26] est ὑπ' οὐρανῶν.“

\*\*) E. g. Wolfius l. c. atque pendentes ex eo Thienemannus l. c. et Humphreius in edit. Theoph. Proll. p. VIII dicunt codicem Bedlesianum saeculo IX vel X exaratum esse! — Codices istos quod attinet, alios virorum doctorum errores silentio praetereo.

graeca testatur, codici praefixa: fol. 1<sup>b</sup> non numer.), membranaceus in 4<sup>o</sup> mai., foliis constans 185, saeculo undecimo scriptus, loco septimo fol. 160<sup>b</sup>—185<sup>a</sup> Theophili ad Autolyicum libros tres suppeditat. De hoc codice egregio, quem summa ipse diligentia pervolutavi, haec memoratu digna mihi videntur. Indice operum quae hoc volumen continet primâ manu confecto (fol. 2<sup>a</sup> non numer.) laudantur: *Θεοφίλου πατριάρχου ἔκτου \**) *τῆς μεγάλης ἀντιοχείας πρὸς αὐτόλυκον ἑλληνα περὶ τῆς τῶν χριστιανῶν πίστεως λόγοι τρεῖς*. Verba *περὶ τῆς τῶν χριστιανῶν πίστεως*, quae in ipsa codicis Parisini inscriptione habentur, originem inde duxerunt quod Eusebius H. E. IV. c. 24 *τὰ πρὸς Αὐτόλυκον στοιχειώδη συγγράμματα* vocavit\*\*). Illa vero a librariis iam ante saeculum sextum apponebantur, ut Gennadius De vir. illustr. c. 32 testatur, qui: „Legi,“ inquit, „et tres *de fide* libros sub nomine eius [Theophili Alexandrini!] titulos.“ Theophilo Alexandrino tribuit seu memoriae vitio seu codicis fraude. Cf. quae ad lib. I. c. 5. n. 8 (p. 18) observavi. Inscriptio ipsa operis Theophili fol. 160<sup>b</sup> habet sic: ✠ *Θεοφίλου πρὸς αὐτόλυκον*. Initio libri secundi huius operis fol. 164<sup>a</sup> legitur:

---

\*) Sic etiam Eusebius H. E. IV. c. 20 et Chron. ed. Aucher. P. II. p. 290 (coll. infra cod. Paris.): Petro scilicet in computum non assumto; alioquin enim septimus fuerit, qualem, hoc habito respectu, Hieronymus Epist. 121 ad Algas. qu. 6 (comp. cod. Laur. Medic. lat. XXIV fragm. Theoph. Commentar. in Evangg. fol. 109) et alii eum faciunt. Cf. Cotelierium ad Constitt. apost. VII. c. 46 (P. II) p. 299, ad Recognn. X. c. 71. p. 401 sq., et Fabricium ad Hieronym. De vir. illustr. c. 25.

\*\*) Coll. Io. Fr. Buddei Isag. hist.-theol. ad theolog. univ. P. I (Lips. 1730. 4<sup>o</sup>) p. 309 et Io. G. Walchii Biblioth. patrist. ed. Danz (Ien. 1834) p. 491.

Specimen Codicis Veneti A96.

† θεοφίλον πρὸς ἀντόλγυκονι:-  
Ἐπομύλον μὲν ὄνω γόμα καὶ φράσις  
ὡς πῶς ἔβρθη μὲν παρὰ ἴσχυρ καὶ ἀδύναμον  
πρὸς κακὴν δόξαν αὐθιγίσι σάφεισ  
ἄριστον γόμα κατὰ φάρμακον.  
ὁ δὲ τῆσ ἀκρίβασ βραχίσι σὺν προ  
σφάλοισι μὲν σάφεισ. ἄλλο  
ἔχεται ἔτι βρην τὸν λόγν τικαὶ  
ὁ ποιομὲν ἔτι δὴ ὄνω ὡς δὲ ἄρβ  
κατὰ φάρμακον ἔτι ὄνω σάφεισ καὶ  
χρῆσι μὲν σὺν τοῖσ φθῶσι σον τοῖσ





† τὸ β: ~, initio tertii fol. 177<sup>a</sup>: † τὸ γ: ~, in fine fol. 185<sup>a</sup>: Θεοφίλου πρὸς ἀντόλυκον † ᾱ β̄ γ̄ τέλος. Praeterea hoc codice offeruntur: 1<sup>o</sup>. S. Gregorii Nysseni Antirrheticus adversus Apollinarem fol. 1<sup>a</sup>: τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν γρηγορίου ἐπισκόπου νύσης πρὸς τὰ ἀπολιναρίου ἀντιρρητικός. 2<sup>o</sup>. Eusebii Pamphili Adversus Marcellum Ancyrae episcopum libri duo fol. 29<sup>b</sup>: εὐσεβίου τοῦ παμφίλου τῶν κατὰ μαρκέλλου τοῦ ἀγκύρας ἐπισκόπου λόγος ᾱ. 3<sup>o</sup>. Eiusdem Adversus Marcellum de theologia ecclesiastica libri tres, praeviâ epistolâ ad Flacillum, fol. 48<sup>a</sup>: τῷ τιμιωτάτῳ καὶ ἀγαπητῷ συλλειτουργῷ φλακίλλῳ εὐσέβιος ἐν κυρίῳ χαίρειν. 4<sup>o</sup>. Origenis Adamantii Dialogus contra Marcionitas de recta in deum fide fol. 92<sup>a</sup>: διάλεκτος ἀδαμαντίου τοῦ καὶ ὠριγένους περὶ τῆς εἰς Θεὸν ὁρθῆς πίστεως κτλ. 5<sup>o</sup>. Zachariae, episcopi Mitylenes, Ammonius sive De opificio mundi, praevio argumento, fol. 125<sup>b</sup>: ζαχαρίου σχολαστικοῦ χριστιανοῦ τοῦ γενομένου μετὰ ταῦτα ἐπισκόπου μιτυλήνης ὁ διάλογος ἀμμόνιος ὅτι οὐ συναΐδιος τῷ Θεῷ ὁ κόσμος κτλ. 6<sup>o</sup>. Aeneae Gazaei Theophrastus sive De animarum immortalitate, praevio argumento, fol. 143<sup>a</sup>: αἰνείου σοφιστοῦ διάλογος Θεόφραστος ὅτι οὐκ ἔστιν ἀνθρώπων προβιοτή [= vita ante acta] καὶ ὅτι ἀθάνατος ἡ ψυχὴ. Hic codex, cuius singulae paginae bipartitae versus 42 comprehendunt, est eleganter conscriptus, et quamvis atramentum palluerit tamen literae oculos minime fugiunt. Scriba plerumque *v* pro *β* usurpat, iota subscriptum non agnoscit, passim accentum omitit, perraro peccat in ponendo spiritu vel accentu, e. g. ἀθηνᾶς, οὔσας, ὄφθαλμοῖς, φραῶσις, νυμφίος, μητραῖσι, Corp. Apoll. Vol. VIII.

Tom. II. p. 113) se Theophili exemplar, ex quo editi fluxerint, invenisse in bibliotheca Matthiae (Corvini), Hungarorum regis. Ubi hodie, si superest, asservetur nescio. Illius enim bibliothecae, Budae asservatae, libros quum alii tum Turcae abstulerunt. In margine editionis praebet Gesnerus perpauca coniecturas. Passim textum codicis tacite mutavit, ut e versione Cluseriana patescit: cf. quae observavi ad lib. I. c. 9. n. 4, lib. II. c. 2. n. 3, c. 10. n. 3, c. 12. n. 11, c. 18. n. 4, lib. III. c. 4. n. 3. 5, c. 7. n. 5, c. 12. n. 11, c. 20. n. 15. 19. 21, c. 25. n. 16, c. 27. n. 15.

Iterum opus Theophili prodiit in hac collectione a Ioanne Heroldo parata: „Orthodoxographa theologiae sacrosanctae ac syncerioris fidei Doctores numero LXXVI“ etc. Basileae (per Henricum Petri) a. 1555. Fol. p. 285—350: „*Θεοφίλου Θεολόγου παλαιωτάτου πρὸς Ἀπόλυτον βιβλία τρία.*“ — Textus graecus, cui versio latina Conradi Cluseri ad latus adiecta est, cum notis marginalibus ex editione Tigurina repetitus est.

Idem Theophili opus in calce Operum Iustini Phil. et Mart. una cum Athenagorae Tatiani Hermiae scriptis emisit FEDERICUS MORELLUS Parisiis anno 1615. Fol. Append. p. 69—140 et, locis aliquot emendatis, denuo 1636. Fol. Append. (iisdem paginis servatis) p. 69—140: „*Θεοφίλου πρὸς Ἀπόλυτον.*“ — Textum editionis Tigurinae absque notis exhibuit, ita tamen, ut coniecturas Gesneri marginales in eum clam admitteret. Praeterea versionem Cluseri adiecit. Equidem alterius Morel-

num 2040, Oxonii in Bibliotheca Bodleiana repositus (auct. E. 1. 11), chartaceus, ex charta laevigata, unum folio, foliorum 286, circa medium saeculum decimum quintum exaratus manu Georgii cuiusdam, cuius plures codices msti in illa Bibliotheca reperiuntur, haec ipsa quae in codice Veneto insunt scripta (excepto Gregorii Antirrhético) complectitur eodem ordine: 1º. Eusebii Adv. Marcellum libros II fol. 1: *Εὐσεβίου τοῦ παμφίλου τῶν κατὰ μαρκέλλου, τοῦ ἀγκύρας ἐπισκόπου, λόγος α΄.* 2º. Eiusdem Adv. Marcellum de theologia ecclesiastica libros III, inscriptos Flacillo, fol. 38: *Τῷ τιμιωτάτῳ καὶ ἀγαπητῷ ἀλλειτουργῷ φλακίλλῳ εὐσέβιος ἐν κυρίῳ χαίρειν.* 3º. Origenis Dialogum contra Marcionitas fol. 122: *Ὁριγενίου διάλογος κατὰ μαρκιανιστῶν [sic]. Incipit: Διάλογος ἀδαμαντίου τοῦ καὶ ὠριγένους περὶ κτλ.* 4º. Zabaridae Ammonium, praemisso argumento, fol. 183: *Ζαχαρίου, σχολαστικοῦ χριστιανοῦ τοῦ γενομένου μετὰ τῷ ἐπισκόπου μυτιλήνης, ὁ διάλογος ἀμμώνιος ὅτι κτλ.* 5º. Aeneae Theophrastum, praemisso argumento, fol. 213: *Αἰνείου σοφιστοῦ διάλογος Θεόφραστος ὅτι κτλ.* 6º. Theophili Ad Autolyicum libros tres fol. 243-286: *Θεοφίλου πρὸς αὐτόλυκον.* In fine libri secundi huius operis legitur τὸ δεύτερον, tertii initio τὸ τρίτον, in calce: *Θεοφίλου πρὸς αὐτόλυκον. τέλος.* Sane hic codex valde consentit cum Veneto: ex quo descriptus videri possit, ita tamen, ut scriba istas correctoris mutationes reciperet fere omnes passimque alias lectiones consulto aut imprudenter admitteret. Aliquot eius scripturae in editione Felliana a. 1684 repraesentantur. Sed accurate eum Theo-

philus Schelgvius, priusquam professionem in gymnasio Gedanensi suscepit, operis Theophili editionem meditando, in itinere anglico a. 1708 contulit: qui, quum coeptam editionem multa muneris occupatione distentus absolvere non posset, variantes lectiones cum Wolfio amice communicavit ut novae editioni ab eo parandae inservirent. Per paucas tantum omisit: quas supplevi.

III. *Codex Parisius DCCCLXXXVII*, olim 808 postea 1827, Parisiis in Bibliotheca Imperatoria custoditus, ex numero Fonteblandensium (Regia enim Bibliotheca 1544—1595 in arce Fonteblandensi asservabatur), chartaceus, ex vulgari charta saec. XVI usitata, in folio magno, foliorum (223) 218, anno 1540 (primo dumtaxat folio excepto) a Constantino Palaeocappa, graeco homine, monachicum Pachomii nomen ferente, cuius complures hodie libri msti exstant (Opp. Athenag. = Corp. Apoll. Vol. VII. Proll. p. XXIV, coll. Montefalcon. Palaeogr. gr. p. 105), grandi caractere, *μονοκονδυλίοις* ut librarii graeci vocant, eleganter exaratus, undecimo loco fol. 42<sup>a</sup>—112<sup>b</sup> Theophili librum tertium ad Autolyicum praebet. Hoc enim codice continentur: 1<sup>o</sup>. *Θεώρημα τοῦ Θείου μαξίμου* fol. 1<sup>a</sup>: repraesentans figuram circularem mysticam, sive circulos tres sese mutuo secantes et unum illos circumplectentem, cum inscriptionibus trinitatis mysterium explicantibus. 2<sup>o</sup>. Hexastichon iambicum fol. 1<sup>b</sup>: quatenus ad deum pertineat τὸ δυνάτον, τὸ τριτόν, τετράς, πεντάς, ἑξάς, ἑπτάς. 3<sup>o</sup>. Anastasii Antiocheni et Cyrilli Alexandrini Expositio



THE NEW YORK  
PUBLIC LIBRARY  
ASTOR LENOX AND  
TILDEN FOUNDATIONS.

orthodoxae fidei fol. 2<sup>a</sup> — 12<sup>a</sup>: Ἀναστασίου πατριάρχου  
 Θεουπόλεως καὶ κυρίλλου ἀλεξανδρείας ἐκθesis τῆς ὀρθο-  
 δόξου πίστεως. 4<sup>o</sup>. Eiusdem Cyrilli De trinitate  
 tractatus fol. 12<sup>a</sup> — 14<sup>b</sup>: Τοῦ αὐτοῦ μακαρίου κυρίλλου  
 περὶ τριάδος. 5<sup>o</sup>. Gregorii Thaumaturgi Expo-  
 sitio fidei per revelationem fol. 14<sup>b</sup> — 16<sup>a</sup>: Γρηγορίου  
 τοῦ θαυματουργοῦ θεολογία. 6<sup>o</sup>. Chrysostomi De  
 trinitate fol. 16<sup>b</sup> — 20<sup>a</sup>: Χρυσοστόμου περὶ τριάδος.  
 7<sup>o</sup>. Nicephori patriarchae et confessoris  
 Expositio fidei fol. 20<sup>a</sup> — 22<sup>a</sup>: Τοῦ ἐν ἀγίοις πατρὸς  
 ἡμῶν νικηφόρου οἰκουμενικοῦ πατριάρχου καὶ ὁμολογητοῦ  
 ἐκθesis πίστεως. 8<sup>o</sup>. Metrophanis, episcopi  
 Smyrnae, Expositio fidei fol. 22<sup>a</sup> — 24<sup>b</sup>: Τοῦ ἁγίου  
 καὶ ὁμολογητοῦ μητροφάνου επισκόπου σμύρνης ἐκθesis πί-  
 στεως. 9<sup>o</sup>. Theodori Studitae De trinitate fol.  
 24<sup>b</sup> — 36<sup>b</sup>: Τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου τοῦ στυ-  
 δίτου καὶ ὁμολογητοῦ περὶ τριάδος. 10<sup>o</sup>. Folia quinque  
 37 — 41 exsecta sunt, fortasse annis 1792 — 1794  
 terrorum plenis, quibus Bibliotheca male custodita  
 multas fecit iacturas; ut index codici praemissus  
 indicat, excidit Σχολαρίου πατριάρχου Κωνσταν-  
 τινουπόλεως ἀπολογία πρὸς τὸν ἀμῆρᾶν [Muhamme-  
 dem II] ἐρωτήσαντα περὶ τῆς τῶν χριστιανῶν πίστεως.  
 Cf. Monumenta fidei eccles. orient. ed. Kimmel (Ien.  
 1850) P. I. p. 11 sqq. et meas ad hunc Gennadii  
 librum observationes criticas ibid. P. II. Praef. p.  
 XV sqq.; alium eiusdem generis librum, sed pa-  
 triarchae illi suppositum, graece c. proll. et adnott.  
 edidi in Illg. — Niedner. *Zeitschrift für die histori-  
 sche Theologie* (Lips.) 1850. Fasc. 3. p. 399 sqq.  
 11<sup>o</sup>. Theophili, patriarchae sexti Antio-

continentur: Sententiarum sive capitum, theologico-  
rum praecipue, ex sacris et profanis libris Tomi  
tres, per Antonium et Maximum monachos olim  
collecti. Antonii Loci Melissa inscripti numero sunt  
175, Maximi vero 71. Abbae Maximi, philosophi,  
confessoris et martyris, Aphorismorum seu capitum  
de perfecta charitate et aliis virtutibus christianis  
ad Elpidium presbyterum centuriae III. Theo-  
phili sexti Antiochensis episcopi de Deo et fide  
Christianorum contra Gentes Institutionum libri tres  
ad Autolyicum\*). Tatiani Assyrii, Iustini marty-  
ris discipuli, Oratio contra Graecos. *Omnia nova  
et antea nunquam edita, praeter Maximi Centurias,  
nunc etiam castigatiores.* Christophorus Froschove-  
rus excudebat Tiguri, Anno M.D.XLVI.“ Fol. —  
Principem hanc „*Θεοφίλου πρὸς Ἀυτόλυκον*“ editionem  
(p. 245 — 275) Ioannes Frisius Tigurinus pa-  
randam curavit. Is enim anno 1545, in itinere ita-  
lico quum Venetiis ad tempus commoraretur, ab  
amico Arnaldo Arlenio Peraxylo, „homine certe ad  
bonarum literarum studia promovenda nato,“ mstum  
Theophili codicem — qui neque cum Veneto nostro  
neque cum Bodleiano prorsus consentit — dono ac-  
cepit: quem amicissimo civi suo CONRADO GES-  
NERO tradidit, ut typis eum vulgaret una cum scri-  
ptis supra memoratis et (p. 244) epistolâ Frisii de-  
dicatoriâ ad nobilissimum iuvenem Georgium Gre-  
belium. Testatur Latinus Latinus (Epistoll.

---

\*) Institutionum libros editor appellat quod Eusebius H. E. IV. c. 24  
ἔειπεν στοιχειώδη συγγράμματα.



Tom. II. p. 113) se Theophili exemplar, ex quo editi fluxerint, invenisse in bibliotheca Matthiae (Corvini), Hungarorum regis. Ubi hodie, si superest, asservetur nescio. Illius enim bibliothecae, Budae asservatae, libros quum alii tum Turcae abstulerunt. In margine editionis praebet Gesnerus perpauca coniecturas. Passim textum codicis tacite mutavit, ut e versione Clauseriana patescit: cf. quae observavi ad lib. I. c. 9. n. 4, lib. II. c. 2. n. 3, c. 10. n. 3, c. 12. n. 11, c. 18. n. 4, lib. III. c. 4. n. 3. 5, c. 7. n. 5, c. 12. n. 11, c. 20. n. 15. 19. 21, c. 25. n. 16, c. 27. n. 15.

Iterum opus Theophili prodiit in hac collectione a Ioanne Heroldo parata: „Orthodoxographa theologiae sacrosanctae ac syncerioris fidei Doctores numero LXXVI“ etc. Basileae (per Henricum Petri) a. 1555. Fol. p. 285—350: „*Θεοφίλου Θεολόγου παλαιωτάτου πρὸς Ἀπόστολον βιβλία τρία.*“ — Textus graecus, cui versio latina Conradi Clauseri ad latus adiecta est, cum notis marginalibus ex editione Tigurina repetitus est.

Idem Theophili opus in calce Operum Iustini Phil. et Mart. una cum Athenagorae Tatiani Hermiae scriptis emisit FEDERICUS MORELLUS Parisiis anno 1615. Fol. Append. p. 69—140 et, locis aliquot emendatis, denuo 1636. Fol. Append. (iisdem paginis servatis) p. 69—140: „*Θεοφίλου πρὸς Ἀπόστολον.*“ — Textum editionis Tigurinae absque notis exhibuit, ita tamen, ut coniecturas Gesneri marginales in eum clam admitteret. Praeterea versionem Clauseri adiecit. Equidem alterius Morel-

graeca testatur, codici praefixa: fol. 1<sup>b</sup> non numer.), membranaceus in 4<sup>o</sup> mai., foliis constans 185, saeculo undecimo scriptus, loco septimo fol. 160<sup>b</sup>—185<sup>a</sup> Theophili ad Autolyicum libros tres suppleditat. De hoc codice egregio, quem summa ipse diligentia pervolutavi, haec memoratu digna mihi videntur. Indice operum quae hoc volumen continet primâ manu confecto (fol. 2<sup>a</sup> non numer.) laudantur: *Θεοφίλου πατριάρχου ἔκτου \**) *τῆς μεγάλης ἀντιοχείας πρὸς αὐτόλυκον ἑλληνα περὶ τῆς τῶν χριστιανῶν πίστεως λόγοι τρεῖς*. Verba *περὶ τῆς τῶν χριστιανῶν πίστεως*, quae in ipsa codicis Parisini inscriptione habentur, originem inde duxerunt quod Eusebius H. E. IV. c. 24 *τὰ πρὸς Αὐτόλυκον στοιχειώδη συγγράμματα* vocavit \*\*). Illa vero a librariis iam ante saeculum sextum apponebantur, ut Gennadius De vir. illustr. c. 32 testatur, qui: „Legi,“ inquit, „et tres *de fide* libros sub nomine eius [Theophili Alexandrini!] titulos.“ Theophilo Alexandrino tribuit seu memoriae vitio seu codicis fraude. Cf. quae ad lib. I. c. 5. n. 8 (p. 18) observavi. Inscriptio ipsa operis Theophili fol. 160<sup>b</sup> habet sic: ✠ *Θεοφίλου πρὸς αὐτόλυκον*. Initio libri secundi huius operis fol. 164<sup>a</sup> legitur:

---

\*) Sic etiam Eusebius H. E. IV. c. 20 et Chron. ed. Aucher. P. II. p. 290 (coll. infra cod. Paris.): Petro scilicet in computum non assumpto; alioquin enim septimus fuerit, qualem, hoc habito respectu, Hieronymus Epist. 121 ad Algas. qu. 6 (comp. cod. Laur. Medic. lat. XXIV fragm. Theoph. Commentar. in Evangg. fol. 109) et alii eum faciunt. Cf. Cotelierum ad Constitt. apostt. VII. c. 46 (P. II) p. 299, ad Recognn. X. c. 71. p. 401 sq., et Fabricium ad Hieronym. De vir. illustr. c. 25.

\*\*\*) Coll. Io. Fr. Buddei Isag. hist.-theol. ad theolog. univ. P. I (Lips. 1730. 4<sup>o</sup>) p. 309 et Io. G. Walchii Biblioth. patrist. ed. Danz (Ien. 1834) p. 491.

Specimen Codicis Veneti A96.

+ θεοφίλον πρὸς ἄντὸν τὸν λυκόνι· -  
Ἐπομύλον μὲν ὄνομα καὶ φθῶσι  
ἡ βωτὴ ἵστῆ μὲν παρὰ ἄλλοι καὶ ἄπειμον  
πρὸς καινὴν δέξασθαι ἄλλοι οὐκ ἔχουσιν  
ἔχουσιν τὸν μὲν ὡς κατέστῃ φαρμάκιον·  
ὁ δὲ τῆσ' ἀκρίβασ' ἐραστῆσ' οὐ ποῦ  
σφάλλουσιν μὲν οὐκ ἔχουσιν· ἄλλοι  
ἐχουσιν ἔτι ἐργον τὸν λόγον τῆσ' καὶ  
ὁ ποιοῦμεν ἔτι δὲ ὡς ὁ βωτὴ ἔσθ  
κατέστῃ καὶ ὡς ἄλλοι οὐκ ἔχουσιν καὶ  
χρῆσθαι μὲν ὡς τῶσ' ἄλλοι οὐκ ἔχουσιν



† τὸ β: ~, initio tertii fol. 177<sup>a</sup>: † τὸ γ: ~, in fine fol. 185<sup>a</sup>: Θεοφίλου πρὸς αὐτόλυκον † ᾱ β̄ γ̄ τέλος. Praeterea hoc codice offeruntur: 1<sup>o</sup>. S. Gregorii Nysseni Antirrheticus adversus Apollinarem fol. 1<sup>a</sup>: τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν γρηγορίου ἐπισκόπου νόσης πρὸς τὰ ἀπολιναρίου ἀντιρρητικός. 2<sup>o</sup>. Eusebii Pamphili Adversus Marcellum Ancyrae episcopum libri duo fol. 29<sup>b</sup>: εὐσεβίου τοῦ παμφίλου τῶν κατὰ μαρκέλλον τοῦ ἀγκύρας ἐπισκόπου λόγος ᾱ. 3<sup>o</sup>. Eiusdem Adversus Marcellum de theologia ecclesiastica libri tres, praeviâ epistolâ ad Flacillum, fol. 48<sup>a</sup>: τῷ τιμιωτάτῳ καὶ ἀγαπητῷ συλλειτουργῷ φλακίλλῳ εὐσέβιος ἐν κυρίῳ χαίρειν. 4<sup>o</sup>. Origenis Adamantii Dialogus contra Marcionitas de recta in deum fide fol. 92<sup>a</sup>: διάλεκτος ἀδαμαντίου τοῦ καὶ ὠριγένους περὶ τῆς εἰς Θεὸν ὁρθῆς πίστεως κτλ. 5<sup>o</sup>. Zachariae, episcopi Mitylenes, Ammonius sive De opificio mundi, praevio argumento, fol. 125<sup>b</sup>: ζαχαρίου σχολαστικοῦ χριστιανοῦ τοῦ γενομένου μετὰ ταῦτα ἐπισκόπου μυτιλήνης ὁ διάλογος ἀμμώνιος ὅτι οὐ συναΐδιος τῷ Θεῷ ὁ κόσμος κτλ. 6<sup>o</sup>. Aeneae Gazaei Theophrastus sive De animarum immortalitate, praevio argumento, fol. 143<sup>a</sup>: αἰνείου σοφιστοῦ διάλογος θεόφραστος ὅτι οὐκ ἔστιν ἀνθρώπων προβιοτή [= vita ante acta] καὶ ὅτι ἀθάνατος ἡ ψυχὴ. Hic codex, cuius singulae paginae bipartitae versus 42 comprehendunt, est eleganter conscriptus, et quamvis atramentum palluerit tamen literae oculos minime fugiunt. Scriba plerumque *v* pro *β* usurpat, iota subscriptum non agnoscit, passim accentum omittit, perraro peccat in ponendo spiritu vel accentu, e. g. ἀθήνας, οὔσας, ὄφθαλμοῖς, φραῶσις, νυμφίος, μητραῖσι, Corp. Apoll. Vol. VIII.

nonnunquam  $\iota \epsilon \eta$  vel  $\epsilon$  et  $\alpha \iota$  permiscet, frequenter  $\nu$  quod dicitur *ἐφελκυστικὸν* ante consonas retinet (adeas quae ad Athenagorae Supplic. c. 1. n. 2 al. observavi, coll. Tischendorf. Prolegg. ad N. T. ed. 7. mai. Lips. 1859. p. LIII et Al. Buttmann. *Gramm. d. neutest. Spr.* Berol. 1859. p. 9), οὕτως constanter scripsit (bis οὕτω: cf. Tischendorf. l. c. et Winer. *Gramm. d. neutest. Spr.* ed. 6. Lips. 1855. p. 40), parcus est in membris orationis per puncta distinguendis. Corrector autem, cuius manus inferiorem aetatem prodit et atramento magis nigricante conspicua est, omnia huius codicis scripta percensuit, ut tum sua ipsius auctoritate tum maxime alius codicis iunioris ope peccata antiqui scribae vera et opinata tolleret: qui quidem potissimum literas passim pallidas renovavit, interdum iota sub  $\alpha \eta \omega$  scripsit, accentus si aberant addidit, spiritus et accentus falso positos ubique correxit,  $\iota \epsilon \eta$  ubi vocabulo non conveniunt mutavit,  $\nu$  *ἐφελκυστικὸν* et  $\varsigma$  in vocula οὕτως ante consonantes sine ulla fere exceptione erasit, orationem ut dilucida sit per signa, praesertim commata, distinxit, scholia insuper per pauca margini adscripsit. Huius viri interpolatrix potius quam emendatrix manus a Theophilo melius omnino abstinisset. Quamquam prima scriptura omnibus locis facile perspicitur. Egomet excellentissimi codicis, quem nullus adhuc editor aut cognitum habuit aut contulit, diversas lectiones tanta enotavi religione ut ne levissimam quidem discrepantiam omiserim.

II. *Codex Bodleianus graec. miscellan. XXV,*

olim 2040, Oxonii in Bibliotheca Bodleiana repositus (auct. E. 1. 11), chartaceus, ex charta laevigata, in folio, foliorum 286, circa medium saeculum decimum quintum exaratus manu Georgii cuiusdam, cuius plures codices msti in illa Bibliotheca reperiuntur, haec ipsa quae in codice Veneto insunt scripta (excepto Gregorii Antirrhethico) complectitur eodem ordine: 1<sup>o</sup>. Eusebii Adv. Marcellum libros II fol. 1: *Εὐσέβιου τοῦ παμφίλου τῶν κατὰ μαρκέλλου, τοῦ ἀγκύρας ἐπισκόπου, λόγος α΄.* 2<sup>o</sup>. Eiusdem Adv. Marcellum de theologia ecclesiastica libros III, inscriptos Flacillo, fol. 38: *Τῷ τιμιωτάτῳ καὶ ἀγαπητῷ συλλειτουργῷ φλακίλλῳ εὐσέβιος ἐν κυρίῳ χαιρεῖν.* 3<sup>o</sup>. Origenis Dialogum contra Marcionitas fol. 122: *Ὠριγένους διάλογος κατὰ μαρκιανιστῶν [sic]. Incipit: Διάλεκτος ἀδαμαντίου τοῦ καὶ ὠριγένους περὶ κτλ.* 4<sup>o</sup>. Zachariae Ammonium, praemisso argumento, fol. 183: *Ζαχαρίον, σχολαστικοῦ χριστιανοῦ τοῦ γενομένου μετὰ ταῦτα ἐπισκόπου μιτυλήνης, ὁ διάλογος ἀμμώνιος ὅτι κτλ.* 5<sup>o</sup>. Aeneae Theophrastum, praemisso argumento, fol. 213: *Αἰνείου σοφιστοῦ διάλογος θεόφραστος ὅτι κτλ.* 6<sup>o</sup>. Theophili Ad Autolycum libros tres fol. 243 — 286: *Θεοφίλου πρὸς αὐτόλυκον.* In fine libri secundi huius operis legitur τὸ δεύτερον, tertii initio τὸ τρίτον, in calce: *Θεοφίλου πρὸς αὐτόλυκον. τέλος.* Sane hic codex valde consentit cum Veneto: ex quo descriptus videri possit, ita tamen, ut scriba istas correctoris mutationes reciperet fere omnes passimque alias lectiones consulto aut imprudenter admitteret. Aliquot eius scripturae in editione Felliana a. 1684 repraesentantur. Sed accurate eum Theo-

philus Schelgvius, priusquam professionem in gymnasio Gedanensi suscepit, operis Theophiliani editionem meditans, in itinere anglico a. 1708 contulit: qui, quum coeptam editionem multa muneris occupatione distentus absolvere non posset, variantes lectiones cum Wolfio amice communicavit ut novae editioni ab eo parandae inservirent. Perpaucas tantum omisit: quas supplevi.

III. *Codex Parisinus DCCCLXXXVII*, olim 808 postea 1827, Parisiis in Bibliotheca Imperatoria custoditus, ex numero Fonteblandensium (Regia enim Bibliotheca 1544—1595 in arce Fonteblandensi asservabatur), chartaceus, ex vulgari charta saec. XVI usitata, in folio magno, foliorum (223) 218, anno 1540 (primo dumtaxat folio excepto) a Constantino Palaeocappa, graeco homine, monachicum Pachomii nomen ferente, cuius complures hodie libri msti exstant (Opp. Athenag. = Corp. Apoll. Vol. VII. Proll. p. XXIV, coll. Montefalcon. Palaeogr. gr. p. 105), grandi caractere, *μονοκονδυλίους* ut librarii graeci vocant, eleganter exaratus, undecimo loco fol. 42<sup>a</sup>—112<sup>b</sup> Theophili librum tertium ad Autolycum praebet. Hoc enim codice continentur: 1<sup>o</sup>. *Θεώρημα τοῦ θείου μαξίμου* fol. 1<sup>a</sup>: repraesentans figuram circularem mysticam, sive circulos tres sese mutuo secantes et unum illos circumplectentem, cum inscriptionibus trinitatis mysterium explicantibus. 2<sup>o</sup>. Hexastichon iambicum fol. 1<sup>b</sup>: quatenus ad deum pertineat *τὸ δαιτόν, τὸ τριτόν, τετράς, πεντάς, ἑξάς, ἑπτάς*. 3<sup>o</sup>. Anastasii Antiocheni et Cyrilli Alexandrini Expositio



*Specimen Codicis Parisini 887.*

ὄπws

Πικροδύστης  
καυπας

α. ο. μ.

**THE NEW YORK  
PUBLIC LIBRARY**

**ASTOR, LENOX AND  
TILDEN FOUNDATIONS.**

orthodoxae fidei fol. 2<sup>a</sup> — 12<sup>a</sup>: *Ἀναστασίου πατριάρχου Θεουπόλεως καὶ κυρίλλου ἀλεξανδρείας ἐκθesis τῆς ὀρθοδόξου πίστεως.* 4<sup>o</sup>. Eiusdem Cyrilli De trinitate tractatus fol. 12<sup>a</sup> — 14<sup>b</sup>: *Τοῦ αὐτοῦ μακαρίου κυρίλλου περὶ τριάδος.* 5<sup>o</sup>. Gregorii Thaumaturgi Expositio fidei per revelationem fol. 14<sup>b</sup> — 16<sup>a</sup>: *Γρηγορίου τοῦ θαυματουργοῦ θεολογία.* 6<sup>o</sup>. Chrysostomi De trinitate fol. 16<sup>b</sup> — 20<sup>a</sup>: *Χρυσοστόμου περὶ τριάδος.* 7<sup>o</sup>. Nicephori patriarchae et confessoris Expositio fidei fol. 20<sup>a</sup> — 22<sup>a</sup>: *Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν νικηφόρου οἰκουμενικοῦ πατριάρχου καὶ ὁμολογητοῦ ἐκθesis πίστεως.* 8<sup>o</sup>. Metrophanis, episcopi Smyrnae, Expositio fidei fol. 22<sup>a</sup> — 24<sup>b</sup>: *Τοῦ ἁγίου καὶ ὁμολογητοῦ μητροφάνους ἐπισκόπου σμύρνης ἐκθesis πίστεως.* 9<sup>o</sup>. Theodori Studitae De trinitate fol. 24<sup>b</sup> — 36<sup>b</sup>: *Τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν θεοδώρου τοῦ στευδίτου καὶ ὁμολογητοῦ περὶ τριάδος.* 10<sup>o</sup>. Folia quinque 37 — 41 exsecta sunt, fortasse annis 1792 — 1794 terrorum plenis, quibus Bibliotheca male custodita multas fecit iacturas; ut index codici praemissus indicat, excidit *Σχολαρίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως ἀπολογία πρὸς τὸν ἀμὴρὰν [Muhammedem II] ἐρωτήσαντα περὶ τῆς τῶν χριστιανῶν πίστεως.* Cf. Monumenta fidei eccles. orient. ed. Kimmel (Ien. 1850) P. I. p. 11 sqq. et meas ad hunc Gennadii librum observationes criticas ibid. P. II. Praef. p. XV sqq.; alium eiusdem generis librum, sed patriarchae illi suppositum, graece c. proll. et adnot. edidi in Illg. — Niedner. *Zeitschrift für die historische Theologie* (Lips.) 1850. Fasc. 3. p. 399 sqq. 11<sup>o</sup>. Theophili, patriarchae sexti Antio-

terdum poeticis verbis utitur; quamquam iam apud priores pedestris orationis scriptores huius consuetudinis exstant vestigia: multa eiusmodi depromsit e veteri testamento. Conferas inter alia *ἀέναος* lib. I. c. 6, *ἀνάω* c. 14, *ἐμφύρω* c. 14, *ἐνάλιος* c. 6, *εὐμορφος* cc. 2. 12, *πλέω* lib. II. c. 3, *ὁ πτύπος* lib. I. c. 6, *ὁ μόρος* c. 9, *τανύα* c. 7, *τρανός* (*τρανότερον*) c. 14. Interdum verba adhibuit parum usurpata sive sequiori sermonis graeci aevo nata: in quorum numerum cadunt *ἀγαθοσύνη* (sic) lib. I. c. 3, *ἀνεκδιήγητος* *ibid.*, *ἀνέκφραστος* cc. 3. 5. lib. II. c. 18, *ἀνθρωπάρεσκος* lib. III. c. 14, *ἀνθρωποβορία* et *ἀνθρωποβόρος* lib. II. c. 7. lib. III. cc. 5. 8. 15, *ἀνθρωπάτης* lib. I. c. 6. lib. II. cc. 13. 15. 34, *ἀντιμισθία* lib. II. c. 9, *ἀντωπέω* lib. I. c. 5, *ἀπρονοησία* lib. II. cc. 8 (bis) 38, *ἀβήητοποιία* lib. III. c. 3, *ἀρσενοκοιλία* lib. I. c. 14, *ἐκζητητής* lib. III. c. 4, *ἐκφρῦσω* lib. II. c. 14, *ἐκφώνησις* c. 18, *ἐμμάτυρος* lib. I. c. 14, *ἡ ἐξαήμερος* lib. II. c. 12, *ἐπιχορηγία* lib. I. c. 6, *ἡδυνωσία* lib. II. c. 30, *ἡ Ἱεροσόλυμα* c. 31 bis (*τὰ Ἱεροσόλυμα* lib. III. cc. 22. 25. 29, *Ἱερουσαλήμ* lib. II. c. 31), *μεμιάμμαι* lib. I. c. 1, *μυσσερός* lib. III. c. 5, *μυστηριωδῶς* lib. II. c. 26, *οἰκητός* —*ἡ* —*όν* c. 14, *οἰπίριμων* lib. I. c. 3, *παιδοφθορία* c. 9, *πάντοκράτωρ* c. 4, *ποδόνηπτερον* c. 10, *πολυποίκιλος* c. 6, *προαναφωνέω* et *προαναφώνησις* c. 14. lib. III. cc. 10. 17, *προγενώστης* lib. II. c. 28. lib. III. c. 17, *πάρωσις* lib. I. cc. 7. 35, *σαρκοβορέω* et *σαρκοβόρος* lib. II. c. 16, *στυγητός* —*ἡ* —*όν* lib. III. c. 3, *τεκνοφάγος* lib. I. c. 9. lib. III. c. 3, *τύφλωσις* lib. I. c. 7, *ὑποταγή* c. 6, *φωστήρ* *ibid.* Adde formas *ἄρθμος* lib. I. c. 2, *Εἴριτος* lib. III. c. 29, *Πείσα* lib. I. c. 4. lib. II.

c. 3, *ἔξειπαν* lib. II. c. 37, *ὑπελήμφθην* c. 28, —σαι 2 praes. pass. (*πλανᾶσαι*) lib. I. c. 11, particulas *δταν* *κᾶν* *ἀπόταν* c. indic. iunctas cc. 8. 13. lib. II. c. 2, *εἰ* c. coni. lib. I. c. 13. *Μωσῆς*, non *Μωϋσῆς* \*), constanter scribit: lib. III. c. 29. n. 10, gen. *Μωσῆως* lib. II. c. 30. lib. III. cc. 9. 23 (bis) 24. 28, dat. *Μωσῆ* lib. III. c. 28 et *Μωσει* c. 29, acc. *Μωσῆν* cc. 10. 21. p. 131C et *Μωσέα* c. 21. p. 130D. Denique vocabula interdum exhibet ipsi propria \*\*): *ἀδελφοκοιλία* lib. I. c. 9. lib. III. c. 6, *ἀδελφοβασία* lib. III. c. 6, *ἀστυβίβαστος* lib. I. c. 3, *καλοποιῖα* ibid., *κατεξουσία* c. 6, *Λαταάριος* c. 10. lib. III. c. 8, *συμπαρβαίνω* lib. II. c. 17, *σφαιρογραφία* lib. III. c. 2, *φιλόκοπος* c. 3, *χαμαιφερέης* lib. II. c. 17.

## VI. Argumentum operis ad Autolycum \*\*\*).

### 1. Libri primi.

Huic libro occasionem fecit sermo Theophilicum Autolyco („amico“ cc. 1. 14) habitus, fortasse

\*) Cf. de his formis quae monui ad Iustin. Apol. I (ed. 2) c. 32. n. 1.

\*\*) Non omnia, ut de caeteris lexicis taceam, reperiuntur in Stephani Thesouro graecae linguae, ex editione Car. Ben. Hase.

\*\*\*) Analysin etiam dederunt NIC. LE NOURRY l. c. p. 498 sqq., Remy CEILLIER Histoire générale des auteurs sacrés et ecclés. Tom. II. Par. 1730. 4<sup>o</sup>. p. 105 sqq., Io. GOTTL. WALPURGER Theophilus Ant: boni pastoris in ecclesia typus. Chemn. 1735. 4<sup>o</sup>. §. 13, PRUD. MABAN l. c. pp. 337. 347. 380 (coll. Lump er Histor. theol.-crit. de vita scriptis atque doctrina SS. Patrum. P. III. Aug. Vind. 1784. p. 138 sqq. et Permaneder Biblioth. patrist. Tom. II. Landsh. 1842. p. 194 sqq.), W. F. THIEBEMANN l. c. pp. 17. 35. 95, I. A. MÖHLER l. c. p. 286 sqq., CONST. KONTOGONES *Φιλολογική και κριτική ιστορία τῶν ... ἁγίων τ. ἐκκλ. πατέρων. Ἐν Ἀθήν.* (ed. 2. 1851) Tom. I. p. 254 sq.

magistratum gerente (lib. III. c. 9. n. 4), erudito quidem viro sed gentilium religioni addictissimo et de Christianis male sentiente: qui deorum gentilium defensor et christiani nominis derisor exstitit (c. 1).

Ac primum quidem deos gentilium quod attinet, Theophilus respondet huic Autolyçi petitioni „Ostende mihi deum tuum.“ Demonstrat 1º. deum videri non posse nisi oculi animae expurgati fuerint (c. 2). 2º. Si quis postulet ut dei forma exprimat id prorsus fieri non posse, quia nihil de deo possumus dicere quod non longe infinita eius virtute superetur (cc. 3. 4). 3º. Etiam si deus non cernatur oculis, ex providentia tamen (c. 5) et operibus eum cognosci (c. 6). 4º. Tum demum fore ut deum videamus, quum mortale exuerimus et incorruptionem induerimus (c. 7). Sed quia resurrectionis fides ab Autolyçi ingenio, conatur Theophilus incredulum flectere animum. Probat in multis artibus variisque in rebus ad vitæ cultum pertinentibus nihil sine fide ad exitum perducì: quanto magis deo, a quo creati sumus quum antea non essemus, fidem derogari non debere? Tum Autolyçum exagitat quod, quum statuas deos esse et mira efficere credat, credere nolit deum a quo creatus sit iterum posse in vitam revocare (c. 8). Simul persequitur deorum istorum flagitia (c. 9), animalia ab Aegyptiis culta, matrem deorum eiusque filios Caesari vectigales (c. 10): unde concludit Caesarem multo magis quam eiusmodi deos

honorandum esse, ita tamen, ut neququam adoretur (c. 11).

Iam Christianorum nomen quod attinet, demonstrat Theophilus id non risu, ut deos Autolyti, dignum esse, sed rem maxime suavem ac utilem significare (c. 12).

Quum autem petiisset Autolycus aliquem sibi ex mortuis redivivum monstrari, quumque crediturum se promisisset si quem vidisset eiusmodi, reiiicit eum Theophilus ad Herculem et Aesculapium ac crediturum dubitat etiamsi mortuorum aliquem ad vitam revocatum videat. Sed tamen, ut obstinatum frangat animum, obiicit in rebus ante oculos positis imagines quasdam resurrectionis, velut in dierum noctiumque vicibus, in mirabili frugum ac plantarum nascendi ratione, in lunae descrecentia interitu resurrectione, in hominum aegrotantium ad pristinam sanitatem et formam restitutione (c. 13). Suum denique exemplum proponit: quemadmodum ipse olim incredulus, tum rationibus illis tum scripturarum lectione eventumque propheticorum oraculorum convictus, crediderit, idem nunc Autolyco faciendum censeat, ne, si nunc utiliter credere nolit, frustra credat aliquando in aeternum ignem coniectus (c. 14).

## 2. Libri secundi.

Hunc librum produxit insecuta Autolyti cohortatio ad idem argumentum fusius continuandum. Itaque Theophilus demonstrare instituit stultitiam superstitionis, cui ille addictus erat, eique ve-

ritatis lucem ex prophetarum libris efflorescentem opponit (c. 1).

Illam superstitionem quod attinet, primum observat, quemadmodum statuarii opus suum non magni faciunt dum elaborant, at venditum et in templo collocatum adorant, sic eos qui genealogias deorum legunt non infitiri homines fuisse, postea tamen ut deos colere (c. 2). Deinde quaerit cur dii gignere desierint, cur Olympus vacuus sit qui diis refertus esse deberet, cur Idam Iuppiter reliquerit (c. 3)? Tum ad scripta transit philosophorum et poetarum. Ex philosophis alii deum prorsus negant aut providentiam tollunt, alii mundum increatum dicunt neque alium deum esse quam suam cuiusque conscientiam; ipse Plato, qui deum increatum et omnium creatorem docet, materiam cum eo increatam coniungit (c. 4). Homerus deorum originem ex aqua repetit. Nec sanior est sententia Hesiodi (c. 5); materiam is increatam et sine creatore creationem statuit et inepte loquitur de deorum prosapia (c. 6). Denique nugas profert historicorum, ut Satyri qui Ptolemaei Philopatoris genus a Baccho longa serie repetat (c. 7). Unde Theophilus concludit scriptores omnes, philosophos poetas historicos, errore labi: id quod confirmat etiam ex eorum de mundo et providentia dissensionibus, speciminis loco nonnullas afferens poetarum de providentia discrepantes inter se sententias (c. 8).

Longe dissimilis est prophetarum doctrina, quos spiritu sancto plenos fuisse probat eventus



eorum quae praedixerunt (c. 9). Hi summo consensu docuerunt mundum a deo per logon ex nihilo creatum fuisse (c. 10). Opus sex dierum describitur in libro Genesis (c. 11). Inde scriptores gentiles nonnulla hauserunt, sed ea errore corruerunt (c. 12). Iam Theophilus plura exponit de tribus primis diebus: scilicet deus initium ducit ab ipso culmine; spiritum rebus creatis, ut animam homini, tribuit; terram, aquis remotis, ornat herbis seminibus plantis (c. 13). In his habemus imaginem resurrectionis, in mari imaginem mundi (c. 14). Varias considerationes de iis quae quarto (c. 15) et quinto (c. 16) et sexto die creata sunt (c. 17). Homini creatio singulare quidpiam habet (c. 18): ea declaratur et homo in paradiso collocatur (c. 19). Apponuntur quae in libro Genesis referuntur de paradiso, Evae formatione (c. 20), hominis lapsu (c. 21). Quod deus ambulasse in paradiso dicitur, id Theophilus docet de logo eius intelligendum esse (c. 22). Veritatem autem eorum quae in Genesi narrantur manifestam esse demonstrat ex mulierum parturientium doloribus et serpentis statu (c. 23). Iam, postquam paradisi ornatum descripsit (c. 24), probat accusandum deum non esse quod ligno scientiae Adamum prohibuerit (c. 25) aut praevaricatori mortem infixerit (c. 26): nec mortalem Adamum nec immortalem creari par erat, sed capacem utriusque (c. 27). Eiectus paradiso Adamus cognovit uxorem suam, quam ex eius costa deus formaverat, ut et singularitatis dei argumentum exhiberet et coniu-

galem amorem arctius adstringeret (c. 28). Eva peperit Cainum ac deinde Abelem. Caini scelus et punitio (c. 29) et posteri recensentur. Ab iis artes inventae sunt, de quibus scriptores gentiles nihil potuerunt nisi fabulosum dicere (c. 30). Eiusdem scripturae beneficio cognoscimus originem maximarum urbium, divisionem linguarum, seriem antiquissimorum regum (c. 31), rationem dissipationis humani generis in universum terrarum orbem (c. 32). Harum rerum omnium cognitio frustra in libris gentilium quaeritur (c. 33). Prophetae vero non solum de mundi creatione nos docuerunt, sed etiam de deo colendo et vita recte instituenda praecepta tradiderunt (c. 34): id quod speciminibus ex libris eorum illustrat (c. 35), multis additis Sibyllae versibus (c. 36). Quin etiam poetae de poenis sceleri infligendis (c. 37), de mundi conflagratione et aliis rebus nonnulla dixerunt quae cum prophetis consentiunt (c. 38).

### 3. Libri tertii.

Quum priores disputationes animum Autolyçi non infregissent, Theophilus ad hunc librum exarandum aggressus est. Declarat sibi propositum esse antiquitatem scripturarum christianarum ab origine repetitam ei ante oculos ponere, ut tandem aliquando intelligat scriptores quorum admiratione tenebatur nullius esse pretii (c. 1). Nam neque suis ipsi oculis viderunt quae literis mandant, neque didicerunt ab his qui vide-

runt (c. 2), inter sese et secum ipsi litigant, deos esse nunc asserunt nunc negant, providentiam mox defendunt mox evertunt, stupra et adulteria docent, ipsis diis horrenda flagitia et scelestas coenas attribuunt (c. 3).

Eiusmodi rebus Theophilus lubenter superseisset; sed quum videret Autolyicum adhuc animo fluctuare ac sermonibus hominum insanorum moveri, qui Christianis 1<sup>o</sup>. epulas humanae carnis et 2<sup>o</sup>. promiscuos concubitus affingebant atque 3<sup>o</sup>. eorum doctrinam esse recentem dictitabant, uberiores sibi disputationem de Christianorum innocentia et antiquitate suscipiendam esse iudicavit (c. 4).

Primum igitur demonstrat istorum criminum gravissima in scriptoribus gentilibus indicia; nullam prorsus in Christianis haerere suspicionem.

Etenim nonnulli philosophi, ut Zeno Cleanthes Diogenes, docent humanas carnes vorare et ne parentibus quidem parcere (c. 5). Omnes fere de incestis concubitus conveniunt: Plato communes uxores esse praescribit et Epicurus consuetudinem stupri cum matribus ac sororibus commendat. Immo haec nefanda flagitia non dubitant in deos conferre (c. 6). Nam, quum nihil omnino constanter sentiant, eos dicunt aut ex atomis constare aut in atomos abire aut materiales esse aut nullam hominum curam gerere; animam immortalem quum dixerint, in alia hominum vel belluarum corpora mi-

grare asseverant; providentiam alii probant, alii explodunt (c. 7). Qui vero deos esse negant eosdem esse rursus affirmant, iisque incestos concubitus et epulas humanae carnis attribuunt (c. 8). — Christianorum vero doctrina est longe sanctor. Unum deum esse credunt eiusque providentia mundum gubernari, et ab eo legem acceperunt: quae quam saneta sit probatur ex decalogo Mosi a deo dato (c. 9). Huc accedit praeceptum de humanitate exhibenda advenis (c. 10). Apponuntur prophetarum testimonia de poenitentia (c. 11) et iustitia (c. 12) et castitate (c. 13). Nonnulla ex Novo Testamento adduntur de inimicis diligendis et gloria inani effugienda et obedientia magistratibus praestanda (c. 14). In homines tali doctrina imbutos non cadunt nefanda ista humanarum epularum et promiscuorum concubituum facinora; immo tanta est Christianorum hac in re cautio ut neque gladiatorum spectaculis interesse ipsis liceat, ne caedis conscii fiant, neque alios ludos obire, ne ipsorum aures aut oculi contaminentur (c. 15).

Tum Theophilus probat doctrinam Christianorum minime recentem esse.

Primum argumentum inde ducit quod Graeci nihil prorsus viderint in numerandis mundi annis (c. 16), quos Christiani ex prophetarum oraculis cognitos habent (c. 17), et in narrando diluvio erraverint (c. 18), quod a Mose propheta accuratissime describitur (c. 19). Aliud argumentum suppeditat Mosis (c. 20) et exitus de Aegypto (c. 21) et tem-

pli iudaici antiquitas (c. 22). Ipsi prophetae antiquiores sunt scriptoribus graecis (c. 23). Atque ut haec omnia uno in conspectu ponantur, anni Hebraeorum numerantur ab Adamo usque ad reditum ex captivitate Babylonica (cc. 24. 25). Ex quo facilis est comparatio quantum intersit inter Christianorum et Graecorum historias et utrorumque de mundi origine doctrinam (c. 26). Ne quid autem desit huic chronologiae, Romanorum anni pertexuntur ad obitum usque Marci Aurelii (c. 27). Tum totius chronologiae capita praecipua summatim recensentur (c. 28). Ex his concludit quam immerito christianam doctrinam nonnulli vellicent tamquam recentem (c. 29).

Perorat Theophilus librum duplici causa allata cur scriptores graeci hebraeos raro commemorent, quarum prima est quod recens sit apud eos literarum cognitio, altera quod non desinant fabulas amare ac veritatem odisse et insectari (c. 30).

## VII. Synopsis supputationis Theophili a mundo condito ad mortem M. Aurelii\*).

(Lib. III. c. 24—28.)

Adam filium genuit a.	230	Enoch	165
Seth	205	Mathusala	167
Enos	190	Lamech	188
Cainan	170	Noe temp. diluvii	600
Maleleel	165		
Iareth	162		
			2242

\*) Meum est Theophili numeros vere exhibere, non autem veros esse ostendere.

PROLEGOMENA.

LIII

Post diluvium		Abimelech	8
Arphaxath fil. genuit a.	135	Thola	23
Sala	130	Iair	22
Heber	134	Serv. Phil. et Amm.	18
Phaleg	130	Iephtha	6
Rhagau	132	Esbon	7
Seruch	130	Aelon	10
Nachor	75	Abdon	8
Tharrha	70	Servit. alienig.	40
Abraham	100	Samson	20
	<hr/>	Pax	40
	1036	Samera	1
Anni ante diluvium	2242	Elis	20
A diluv. ad Isaac	1036	Samuel	12
A condito mundo		Saul	20
ad Isaac	3278	David	40
	<hr/>	A morte Mosis	
Isaac genuit Iacob	60	ad mortem David	498
Transitus Iac. in Aeg.	130	A condito mundo	
Mora Israel. in Aeg.	430	ad mortem Mosis	3938
Mora in deserto	40	A Mose ad David	498
	<hr/>	A condito mundo	
	660	ad mortem David	4436
A condito mundo		Solomon regnavit	40
ad Isaac	3278	Roboam	17
Ad mortem Mosis	660	Abias	7
	<hr/>	Asa	41
A condito mundo		Iosaphat	25
ad mortem Mosis	3938	Ioram	8
	<hr/>	Ochozias	1
Iesus iud. pop.	27	Gotholia	6
Serv. reg. Mesop.	8	Ioas	40
Gonotheel	40	Amesias	39
Servit. Eclon	18	Ozias	52
Aoth	8	Ioatham	16
Servit. alienig.	20	Achaz	17
Debbora	40		
Servit. Madian.	7		
Gedeon	40		

Ezechias	29	Galba	—	7	6
Manasses	55	Otho	—	3	5
Amos	2	Vitellius	—	6	22
Iosias	31	Vespasianus	9	11	22
Ochas	menses 3	Titus	2	—	22
Ioachim	11	Domitianus	15	5	6
Ioachim II	m. 3. d. 10	Nerva	1	4	10
Sedecias	11	Traianus	19	6	16
Captivitas Babyl.	70	Hadrianus	20	10	28
A David ad finem		Antoninus	22	7	6
Captiv. Babyl.	518	M. Aurelius	19	—	10
	m. 6. d. 10				
				217.	89. 219
A condito mundo		89 menses	=	a. 7 m. 5	—
ad mortem David	4436	219 dies	=	— m. 7 [d. 5]	
A David ad finem		Hi m. et d.	=	a. 8 — [d. 5]	
Captiv. Babyl.	518				
	m. 6. d. 10	A Consulibus ad			
		mortem Aurelii			225
A condito mundo		A Captiv. ad finem			
ad fin. Captiv. B.	4954	Consulum			516
	m. 6. d. 10	A Consulibus ad			
		mortem Aurelii			225
Cyrus (tempore Tar-		A Captiv. ad			
quinii Sup.) regnavit	38	mortem Aurelii			741
Tarquinius Sup.	25				
Consules	453	A condito mundo			
		ad fin. Captiv.			4954
A Captiv. ad finem				(m. 6. d. 10)	
Consulum	516				
Imperarunt	a.	m.	d.	A fine Capt. ad	
C. Iulius	3	4	6	mortem Aurelii	741
Augustus	56	4	1		
Tiberius	22	—	—	A condito mundo	
Caius	3	8	7	ad M. Aurelii mor-	
Claudius	13	8	24	tem	5695.
Nero	13	6	28		(m. 6. d. 10 [15].)

Si igitur ex recepta sententia aerae Iulianae a. 46 pro epocha Iesu Christi habeamus, anni a condito mundo ad natum Christum secundum Theophili calculum ad hunc modum statuentur :

A cond. mundo ad fin. Capt. Bab.	4954
Anni Cyri	38
Anni Tarquini	25
Anni Consulum	453
Aerae Iulianae	46
<hr/>	
A condito mundo ad Christum	5516.



<b>Ezechias</b>	<b>29</b>	<b>Galba</b>	<b>—</b>	<b>7</b>	<b>6</b>
<b>Manasses</b>	<b>55</b>	<b>Otho</b>	<b>—</b>	<b>3</b>	<b>5</b>
<b>Amos</b>	<b>2</b>	<b>Vitellius</b>	<b>—</b>	<b>6</b>	<b>22</b>
<b>Iosias</b>	<b>31</b>	<b>Vespasianus</b>	<b>9</b>	<b>11</b>	<b>22</b>
<b>Ochas</b>	<b>menses 3</b>	<b>Titus</b>	<b>2</b>	<b>—</b>	<b>22</b>
<b>Ioachim</b>	<b>11</b>	<b>Domitianus</b>	<b>15</b>	<b>5</b>	<b>6</b>
<b>Ioachim II</b>	<b>m. 3. d. 10</b>	<b>Nerva</b>	<b>1</b>	<b>4</b>	<b>10</b>
<b>Sedecias</b>	<b>11</b>	<b>Traianus</b>	<b>19</b>	<b>6</b>	<b>16</b>
<b>Captivitas Babyl.</b>	<b>70</b>	<b>Hadrianus</b>	<b>20</b>	<b>10</b>	<b>28</b>
<b>A David ad finem</b>		<b>Antoninus</b>	<b>22</b>	<b>7</b>	<b>6</b>
<b>Captiv. Babyl.</b>	<b>518</b>	<b>M. Aurelius</b>	<b>19</b>	<b>—</b>	<b>10</b>
	<b>m. 6. d. 10</b>				<b>217. 89. 219</b>
<b>A condito mundo</b>		<b>89 menses</b>	<b>= a. 7 m. 5</b>	<b>—</b>	
<b>ad mortem David</b>	<b>4436</b>	<b>219 dies</b>	<b>= — m. 7 [d. 5]</b>		
<b>A David ad finem</b>		<b>Hi m. et d.</b>	<b>= a. 8 — [d. 5]</b>		
<b>Captiv. Babyl.</b>	<b>518</b>	<b>A Consulibus ad</b>			
	<b>m. 6. d. 10</b>	<b>mortem Aurelii</b>			<b>225</b>
<b>A condito mundo</b>		<b>A Captiv. ad finem</b>			
<b>ad fin. Captiv. B.</b>	<b>4954</b>	<b>Consulium</b>			<b>516</b>
	<b>m. 6. d. 10</b>	<b>A Consulibus ad</b>			
<b>Cyrus (tempore Tar-</b>		<b>mortem Aurelii</b>			<b>225</b>
<b>quini Sup.) regnavit</b>	<b>38</b>	<b>A Captiv. ad</b>			
<b>Tarquinius Sup.</b>	<b>25</b>	<b>mortem Aurelii</b>			<b>741</b>
<b>Consules</b>	<b>453</b>	<b>A condito mundo</b>			
		<b>ad fin. Captiv.</b>			<b>4954</b>
<b>A Captiv. ad finem</b>					<b>(m. 6. d. 10)</b>
<b>Consulium</b>	<b>516</b>	<b>A fine Capt. ad</b>			
<b>Imperarunt</b>	<b>a. m. d.</b>	<b>mortem Aurelii</b>			<b>741</b>
<b>C. Iulius</b>	<b>3 4 6</b>	<b>A condito mundo</b>			
<b>Augustus</b>	<b>56 4 1</b>	<b>ad M. Aurelii mor-</b>			
<b>Tiberius</b>	<b>22 — —</b>	<b>tem</b>			<b>5895.</b>
<b>Caius</b>	<b>3 8 7</b>				<b>(m. 6. d. 10 [15</b>
<b>Claudius</b>	<b>13 8 24</b>				
<b>Nero</b>	<b>13 6 28</b>				

manus non fuisse nova codicum mstorum adiumenta, sed tres tantum editiones Felli Wolfii Marani: ex quibus (plerumque faciens cum Marano) textum repetiit, ut „perpauca de suo novanda censeret.“ Lectiones librorum mstorum (Bodl. et Par.) et editorum (Fell. Wolf. Mar.) apposuit nullas, sententias interdum notulis quam brevissimis iisque potissimum ex Marani editione excerptis illustravit, capita ac summaria eiusdem retinuit, in versione latina mox ad (Clausero-) Wolfianam mox ad Maranianam accessit. Caeterum non satis cavet a vitiis (maxime in ponendo accentu), etiam typographicis: immo accidit ut complura verba (cf. e. g. meae edit. lib. II. c. 21. n. 14 et c. 36. n. 22) operarum errore exciderent. Ut breviter dicam, nequaquam effecit ut rectius Theophilus legatur meliusque intelligatur.

#### IV. De codicibus in alias linguas versis.

Eodem anno, quo princeps editio graece vulgata est, latina Theophili translatio a CONRADO CLAUSERO Tigurino ex ipso codice Frisiano confecta prodiit\*). Index operis quo exhibetur (p. 305 — 343) est supra (p. XXIII — XXIV) memoratus: „Hoc volumine continentur: Sententiarum sive capitum“ etc. „Christophorus Froschoverus excudebat Tiguri, Anno M.D.XLVI.“ Fol. — Clauserus in epistola nuncupatoria ad ornatissimum iuvenem Melch. Wirtzium Tigurinum (29. Dec. 1545) ait:

---

\*) Is Theophili interpres est, neutiquam, ut Nourrius l. c. p. 506 affirmat, Conradus Gesnerus.

<b>Ezechias</b>	<b>29</b>	<b>Galba</b>	<b>—</b>	<b>7</b>	<b>6</b>
<b>Manasses</b>	<b>55</b>	<b>Otho</b>	<b>—</b>	<b>3</b>	<b>5</b>
<b>Amos</b>	<b>2</b>	<b>Vitellius</b>	<b>—</b>	<b>6</b>	<b>22</b>
<b>Iosias</b>	<b>31</b>	<b>Vespasianus</b>	<b>9</b>	<b>11</b>	<b>22</b>
<b>Ochas</b>	<b>menses 3</b>	<b>Titus</b>	<b>2</b>	<b>—</b>	<b>22</b>
<b>Ioachim</b>	<b>11</b>	<b>Domitianus</b>	<b>15</b>	<b>5</b>	<b>6</b>
<b>Ioachim II</b>	<b>m. 3. d. 10</b>	<b>Nerva</b>	<b>1</b>	<b>4</b>	<b>10</b>
<b>Sedecias</b>	<b>11</b>	<b>Traianus</b>	<b>19</b>	<b>6</b>	<b>16</b>
<b>Captivitas Babyl.</b>	<b>70</b>	<b>Hadrianus</b>	<b>20</b>	<b>10</b>	<b>28</b>
<b>A David ad finem</b>		<b>Antoninus</b>	<b>22</b>	<b>7</b>	<b>6</b>
<b>Captiv. Babyl.</b>	<b>518</b>	<b>M. Aurelius</b>	<b>19</b>	<b>—</b>	<b>10</b>
	<b>m. 6. d. 10</b>				
				<b>217.</b>	<b>89. 219</b>
<b>A condito mundo</b>		<b>89 menses</b>	<b>= a. 7 m. 5</b>	<b>—</b>	
<b>ad mortem David</b>	<b>4436</b>	<b>219 dies</b>	<b>= — m. 7 [d. 5]</b>		
<b>A David ad finem</b>		<b>Hi m. et d.</b>	<b>= a. 8 — [d. 5]</b>		
<b>Captiv. Babyl.</b>	<b>518</b>	<b>A Consulibus ad</b>			
	<b>m. 6. d. 10</b>	<b>mortem Aurelii</b>		<b>225</b>	
<b>A condito mundo</b>		<b>A Captiv. ad finem</b>			
<b>ad fin. Captiv. B.</b>	<b>4954</b>	<b>Consulum</b>		<b>516</b>	
	<b>m. 6. d. 10</b>	<b>A Consulibus ad</b>			
<b>Cyrus (tempore Tar-</b>		<b>mortem Aurelii</b>		<b>225</b>	
<b>quinii Sup.) regnavit</b>	<b>38</b>	<b>A Captiv. ad</b>			
<b>Tarquinius Sup.</b>	<b>25</b>	<b>mortem Aurelii</b>		<b>741</b>	
<b>Consules</b>	<b>453</b>	<b>A condito mundo</b>			
<b>A Captiv. ad finem</b>		<b>ad fin. Captiv.</b>		<b>4954</b>	
<b>Consulum</b>	<b>516</b>			<b>(m. 6. d. 10)</b>	
<b>Imperarunt</b>	<b>a. m. d.</b>	<b>A fine Capt. ad</b>			
<b>C. Iulius</b>	<b>3 4 6</b>	<b>mortem Aurelii</b>		<b>741</b>	
<b>Augustus</b>	<b>56 4 1</b>	<b>A condito mundo</b>			
<b>Tiberius</b>	<b>22 — —</b>	<b>ad M. Aurelii mor-</b>			
<b>Caius</b>	<b>3 8 7</b>	<b>tem</b>		<b>5695.</b>	
<b>Claudius</b>	<b>13 8 24</b>			<b>(m. 6. d. 10 [15].)</b>	
<b>Nero</b>	<b>13 6 28</b>				

**Si igitur ex recepta sententia aerae Iulianae a. 46 pro epocha Iesu Christi habeamus, anni a condito mundo ad natum Christum secundum Theophili calculum ad hunc modum statuentur :**

<b>A cond. mundo ad fin. Capt. Bab.</b>	<b>4954</b>
<b>Anni Cyri</b>	<b>38</b>
<b>Anni Tarquinii</b>	<b>25</b>
<b>Anni Consulum</b>	<b>453</b>
<b>Aerae Iulianae</b>	<b>46</b>
	<hr/>
<b>A condito mundo ad Christum</b>	<b>5516.</b>



**THEOPHILI ANTIOCHENI  
AD AUTOLYCUM LIBRI III.**

---

**COMMENTARII IN IV EVANGELIA.  
FRAGMENTUM IN CANTICUM.**

---

<sup>1</sup> ΘΕΟΦΙΛΟΥ ΠΡΟΣ ΑΥΤΟΛΥΚΟΝ.

<sup>2</sup> ΤΟ Α.

1. <sup>3</sup> Στωμόλον μὲν οὖν στόμα καὶ φράσις εὐπέης τέρψιν πα-  
 ρέχει καὶ ἔπαινον πρὸς κενὴν δόξαν ἀθλοῖς ἀνθρώποις ἔχουσι.  
 τὸν νοῦν κατεφθαρμένον· ὁ δὲ τῆς ἀληθείας ἐραστῆς οὐ προσ-  
 ἔχει λόγοις <sup>4</sup> μεμιαμμένοις, ἀλλὰ ἐξετάζει τὸ ἔργον τοῦ λόγου  
 τί καὶ ὁποῖόν ἐστιν. <sup>5</sup> Ἐπειδὴ οὖν, ὧ ἑταῖρε, κατέπληξάς με

1. ΘΕΟΦΙΛΟΥ ΠΡΟΣ ΑΥΤΟΛΥΚΟΝ] Haec est inscriptio in codicibus Veneto et Bodleiano. Eadem recte praebent editores: Gesnerus, Ducaeus, Morellus, Fellus, Wolfius, Maranus, Humphreius. Solus Gallandius arbitrato suo scripsit: ΤΟΤ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΘΕΟΦΙΛΟΥ ΤΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΩΣ ΠΡΟΣ ΑΥΤΟΛΥΚΟΝ. In inscriptione codicis Parisini, a quo bini priores libri ad Autolycum absunt, aliquot accedunt verba: Θεοφίλου πατριάρχου ἕκτου ἀντιοχείας πρὸς αὐτόλυκον ἑλληνα περὶ τῆς τῶν χριστιανῶν πίστεως. Ea unde originem ducant dixi in Prolegg. c. 2: „De codicibus manuscriptis.“

2. ΤΟ Α] Uterque codex (Ven. et Bodl.) haec omittit; habet autem Ven. initio libri secundi τὸ β̄ et tertii τὸ γ̄, Bodl. in calce libri secundi τὸ δεῦτερον et in limine tertii τὸ τρίτον. Editores substituere ΒΙΒΛΙΟΝ Α.

3. Στωμόλον ... κατεφθαρμένον] Citavit hunc locum Ioannes Damase. in Sacr. Parall. (Opp. ed. Lequien. T. II) p. 564. Legit τὸ pro μὲν οὖν, id quod maiorem quamdam asseverationem ponit ratione habita antecedentis inter Theophilum et Autolycum colloquii. Bodl. καὶ ante φράσις (φράσις Ven.) mendose praetermittit. Uterque cod. mstus et Gesn. non κενὴν habent sed καινὴν, vitio scilicet pronuntiationis, quae has voces inter se commutandi frequentem occasionem fecit. Sic 1 Tim. 6, 20 vice κεινοφωνίας nonnulli codd. καινοφωνίας legunt: vid. Tischendorf. (ed. 7) ad h. l. Iam Clauserus recte transtulit: ad vanam gloriam parandam. — Cum verbis ἀνθρ. ἕχ. τ. νοῦν κατεφθαρμ. cf. 2 Tim. 3, 8: ἀνθρώποι κατεφθαρμένοι τὸν νοῦν.

4. μεμιαμμένοις] Ven.: in quo supra prius μ corrector incaute posuit, ut μεμιασμένοις legatur. Bodl. et editi μεμιασμένοις. Forma

## THEOPHILI AD AUTOLYCUM.

### LIBER PRIMUS.

1. **L**epida quidem lingua et dictio elegans sane delectationem afferunt et laudem ad inanem gloriam miseris hominibus qui mentem gerunt corruptam; veritatis autem amator animus non advertit sermonibus fucatis, sed inquit opus sermoni adiunctum quodnam et quale sit. Quoniam igitur, amice,

*μεμιαμμαι* apud scriptores aetatis inferioris haud inusitata est: cfr. Dio Cass. p. 655, Oracc. Sibyll. IV. 29. p. 166 ed. Alex., Sap. 7, 25. Tob. 2, 9. Tit. 1, 15 (Lachmann. et Tischend. *μεμιαμμένοις*); Lobeck. ad Phryn. p. 35, Ph. Buttmann. *Ausf. griech. Sprachl.* (ed. 2) T. I. p. 443, Al. Buttmann. *Gramm. d. neutest. Spr.* p. 36. — Ait Wolfius hanc vocem viro docto, quem non nominat, superfluum videri. Contra Maranus: „Equidem,“ inquit, „assentirer, si vox illa de sermonibus manifestā nequitia corruptis intelligenda esset. Hic enim facta generatim opponuntur sermonibus etiam decoris et in speciem praeclaris, nedum aperte improbis et nequitiam prae se ferentibus. Nec profecto veritatis cultoribus magna laus esset non decipi sermonibus aperte nefariis. Sed cum *μιαίνω* idem saepe valeat ac *tingo* [Anthol. gr. Vol. II. p. 153 ed. Jacobs.], *λόγους μεμ.* interpretor sermones fucato

et pigmentis coloratos.“ De sententia, Christianos non duci sermone fucato sed respicere τὸ ἔργον τοῦ λόγου, opus sermonis, h. e. qualis vita sit ornate dicentium, adesset quae ad Athenagorae Supplic. p. Chr. c. 11. n. 19 attuli.

5. *Ἐπειδή*] Uterque cod. *matus*, Gesn. Duc. Mor. Mar. Humphr. At Fell. vero et Wolf. *ἐπειδὴν*. Caeterum non „est hic quoddam orationis ἀνακόλουθον“ (Wolf.), sed apodosis incipit verbis *ἐγὼ μὲν* (respondet infra initio c. 2 ἀλλὰ) οὖν (cf. Iustin. Dial. c. Tr. c. 88. n. 19. Confut. dogm. Arist. c. 1. n. 7) ὁμολογῶ. Mox pro *κατέπληξάς με* (Bodl., Duc. Fell. Wolf. Mar. Humphr.) offerunt mendose Gesn. *κατέπληθᾶς μεν* (sic) et Mor. *κατέπληθᾶς με*. Ven. *κατεπλήξω με*, sed supra ω corrector ας scripsit, ut *κατέπληξας* legatur. Bodl. in marg. *κατέπλησας*, et hanc lectionem Wolfius praefert: id quod improbo. Graeci enim prius verbum



runt (c. 2), inter sese et secum ipsi litigant, deos esse nunc asserunt nunc negant, providentiam mox defendunt mox evertunt, stupra et adulteria docent, ipsis diis horrenda flagitia et scelestas coenas attribuunt (c. 3).

Eiusmodi rebus Theophilus lubenter superseisset; sed quum videret Autolyicum adhuc animo fluctuare ac sermonibus hominum insanorum moveri, qui Christianis 1<sup>o</sup>. epulas humanae carnis et 2<sup>o</sup>. promiscuos concubitus affingebant atque 3<sup>o</sup>. eorum doctrinam esse recentem dictabant, uberiorem sibi disputationem de Christianorum innocentia et antiquitate suscipiendam esse iudicavit (c. 4).

Primum igitur demonstrat istorum criminum gravissima in scriptoribus gentilibus indicia; nullam prorsus in Christianis haerere suspicionem.

Etenim nonnulli philosophi, ut Zeno Cleanthes Diogenes, docent humanas carnes vorare et ne parentibus quidem parcere (c. 5). Omnes fere de incestis concubitibus conveniunt: Plato communes uxores esse praescribit et Epicurus consuetudinem stupri cum matribus ac sororibus commendat. Immo haec nefanda flagitia non dubitant in deos conferre (c. 6). Nam, quum nihil omnino constanter sentiant, eos dicunt aut ex atomis constare aut in atomos abire aut materiales esse aut nullam hominum curam gerere; animam immortalem quum dixerint, in alia hominum vel belluarum corpora mi-

grare asseverant; providentiam alii probant, alii explodunt (c. 7). Qui vero deos esse negant eosdem esse rursus affirmant, iisque incestos concubitus et epulas humanae carnis attribuunt (c. 8). — Christianorum vero doctrina est longe sanctior. Unum deum esse credunt eiusque providentia mundum gubernari, et ab eo legem acceperunt: quae quam saneta sit probatur ex decalogo Mosi a deo dato (c. 9). Huc accedit praeceptum de humanitate exhibenda advenis (c. 10). Apponuntur prophetarum testimonia de poenitentia (c. 11) et iustitia (c. 12) et castitate (c. 13). Nonnulla ex Novo Testamento adduntur de inimicis diligendis et gloria inani effugienda et obedientia magistratibus praestanda (c. 14). In homines tali doctrina imbutos non cadunt nefanda ista humanarum epularum et promiscuorum concubituum facinora; immo tanta est Christianorum hac in re cautio ut neque gladiatorum spectaculis interesse ipsis liceat, ne caedis conscii fiant, neque alios ludos obire, ne ipsorum aures aut oculi contaminentur (c. 15).

Tum Theophilus probat doctrinam Christianorum minime recentem esse.

Primum argumentum inde ducit quod Graeci nihil prorsus viderint in numerandis mundi annis (c. 16), quos Christiani ex prophetarum oraculis cognitos habent (c. 17), et in narrando diluvio erraverint (c. 18), quod a Mose propheta accuratissime describitur (c. 19). Aliud argumentum suppeditat Mosis (c. 20) et exitus de Aegypto (c. 21) et tem-

pli iudaici antiquitas (c. 22). Ipsi prophetae antiquiores sunt scriptoribus graecis (c. 23). Atque ut haec omnia uno in conspectu ponantur, anni Hebraeorum numerantur ab Adamo usque ad reditum ex captivitate Babylonica (cc. 24. 25). Ex quo facilis est comparatio quantum intersit inter Christianorum et Graecorum historias et utrorumque de mundi origine doctrinam (c. 26). Ne quid autem desit huic chronologiae, Romanorum anni pertexuntur ad obitum usque Marci Aurelii (c. 27). Tum totius chronologiae capita praecipua summatim recensentur (c. 28). Ex his concludit quam immerito christianam doctrinam nonnulli vellicent tamquam recentem (c. 29).

Perorat Theophilus librum duplici causa allata cur scriptores graeci hebraeos raro commemorent, quarum prima est quod recens sit apud eos literarum cognitio, altera quod non desinant fabulas amare ac veritatem odisse et insectari (c. 30).

## VII. Synopsis supputationis Theophili a mundo condito ad mortem M. Aurelii\*).

(Lib. III. c. 24—28.)

Adam filium genuit a.	230	Enoch	165
Seth	205	Mathusala	167
Enos	190	Lamech	188
Cainan	170	Noe temp. diluvii	600
Maleleel	165		<hr/>
Iareth	162		2242

\*) Meum est Theophili numeros vere exhibere, non autem veros esse ostendere.

PROLEGOMENA.

LIII

Post diluvium		Abimelech	3
Arphaxath fil. genuit a.	135	Thola	23
Sala	130	Iair	22
Heber	134	Serv. Phil. et Amm.	18
Phaleg	130	Iephtha	6
Rhagau	132	Esbon	7
Seruch	130	Aelon	10
Nachor	75	Abdon	8
Tharrha	70	Servit. alienig.	40
Abraham	100	Samson	20
	<hr/>	Pax	40
	1036	Samera	1
Anni ante diluvium	2242	Elis	20
A diluv. ad Isaac	1036	Samuel	12
A condito mundo		Saul	20
ad Isaac	3278	David	40
Isaac genuit Iacob	60	A morte Mosis	
Transitus Iac. in Aeg.	130	ad mortem David	498
Mora Israel. in Aeg.	430	A condito mundo	
Mora in deserto	40	ad mortem Mosis	3938
	<hr/>	A Mose ad David	498
	660	A condito mundo	
A condito mundo		ad mortem David	4436
ad Isaac	3278	Solomon regnavit	40
Ad mortem Mosis	660	Roboam	17
	<hr/>	Abias	7
A condito mundo		Asa	41
ad mortem Mosis	3938	Iosaphat	25
Iesus iud. pop.	27	Ioram	8
Serv. reg. Mesop.	8	Ochozias	1
Gonotheel	40	Gotholia	6
Servit. Eclon	18	Ioas	40
Aoth	8	Amesias	39
Servit. alienig.	20	Ozias	52
Debbora	40	Ioatham	16
Servit. Madian.	7	Achaz	17
Gedeon	40		

<b>Ezechias</b>	<b>29</b>	<b>Galba</b>	<b>—</b>	<b>7</b>	<b>6</b>
<b>Manasses</b>	<b>55</b>	<b>Otho</b>	<b>—</b>	<b>3</b>	<b>5</b>
<b>Amos</b>	<b>2</b>	<b>Vitellius</b>	<b>—</b>	<b>6</b>	<b>22</b>
<b>Iosias</b>	<b>31</b>	<b>Vespasianus</b>	<b>9</b>	<b>11</b>	<b>22</b>
<b>Ochas</b>	<b>menses 3</b>	<b>Titus</b>	<b>2</b>	<b>—</b>	<b>22</b>
<b>Ioachim</b>	<b>11</b>	<b>Domitianus</b>	<b>15</b>	<b>5</b>	<b>6</b>
<b>Ioachim II</b>	<b>m. 3. d. 10</b>	<b>Nerva</b>	<b>1</b>	<b>4</b>	<b>10</b>
<b>Sedecias</b>	<b>11</b>	<b>Traianus</b>	<b>19</b>	<b>6</b>	<b>16</b>
<b>Captivitas Babyl.</b>	<b>70</b>	<b>Hadrianus</b>	<b>20</b>	<b>10</b>	<b>28</b>
<b>A David ad finem</b>		<b>Antoninus</b>	<b>22</b>	<b>7</b>	<b>6</b>
<b>Captiv. Babyl.</b>	<b>518</b>	<b>M. Aurelius</b>	<b>19</b>	<b>—</b>	<b>10</b>
	<b>m. 6. d. 10</b>				<b>217. 89. 219</b>
<b>A condito mundo</b>		<b>89 menses</b>	<b>= a. 7 m. 5</b>	<b>—</b>	
<b>ad mortem David</b>	<b>4436</b>	<b>219 dies</b>	<b>= — m. 7 [d. 5]</b>		
<b>A David ad finem</b>		<b>Hi m. et d.</b>	<b>= a. 8 — [d. 5]</b>		
<b>Captiv. Babyl.</b>	<b>518</b>	<b>A Consulibus ad</b>			
	<b>m. 6. d. 10</b>	<b>mortem Aurelii</b>			<b>225</b>
<b>A condito mundo</b>		<b>A Captiv. ad finem</b>			
<b>ad fin. Captiv. B.</b>	<b>4954</b>	<b>Consulium</b>			<b>516</b>
	<b>m. 6. d. 10</b>	<b>A Consulibus ad</b>			
<b>Cyrus (tempore Tar-</b>		<b>mortem Aurelii</b>			<b>225</b>
<b>quinii Sup.) regnavit</b>	<b>38</b>	<b>A Captiv. ad</b>			
<b>Tarquinius Sup.</b>	<b>25</b>	<b>mortem Aurelii</b>			<b>741</b>
<b>Consules</b>	<b>453</b>	<b>A condito mundo</b>			
<b>A Captiv. ad finem</b>		<b>ad fin. Captiv.</b>			<b>4954</b>
<b>Consulium</b>	<b>516</b>				<b>(m. 6. d. 10)</b>
<b>Imperarunt</b>	<b>a. m. d.</b>	<b>A fine Capt. ad</b>			
<b>C. Iulius</b>	<b>3 4 6</b>	<b>mortem Aurelii</b>			<b>741</b>
<b>Augustus</b>	<b>56 4 1</b>	<b>A condito mundo</b>			
<b>Tiberius</b>	<b>22 — —</b>	<b>ad M. Aurelii mor-</b>			
<b>Caius</b>	<b>3 8 7</b>	<b>tem</b>			<b>5695.</b>
<b>Claudius</b>	<b>13 8 24</b>				<b>(m. 6. d. 10 [15].)</b>
<b>Nero</b>	<b>13 6 28</b>				

Si igitur ex recepta sententia aerae Iulianae a. 46 pro epocha Iesu Christi habeamus, anni a condito mundo ad natum Christum secundum Theophili calculum ad hunc modum statuentur:

A cond. mundo ad fin. Capt. Bab.	4954
Anni Cyri	38
Anni Tarquinii	25
Anni Consulium	453
Aerae Iulianae	46
	<hr/>
A condito mundo ad Christum	5516.

<b>Ezechias</b>	<b>29</b>	<b>Galba</b>	<b>—</b>	<b>7</b>	<b>6</b>
<b>Manasses</b>	<b>55</b>	<b>Otho</b>	<b>—</b>	<b>3</b>	<b>5</b>
<b>Amos</b>	<b>2</b>	<b>Vitellius</b>	<b>—</b>	<b>6</b>	<b>22</b>
<b>Iosias</b>	<b>31</b>	<b>Vespasianus</b>	<b>9</b>	<b>11</b>	<b>22</b>
<b>Ochas</b>	<b>menses 3</b>	<b>Titus</b>	<b>2</b>	<b>—</b>	<b>22</b>
<b>Ioachim</b>	<b>11</b>	<b>Domitianus</b>	<b>15</b>	<b>5</b>	<b>6</b>
<b>Ioachim II</b>	<b>m. 3. d. 10</b>	<b>Nerva</b>	<b>1</b>	<b>4</b>	<b>10</b>
<b>Sedecias</b>	<b>11</b>	<b>Traianus</b>	<b>19</b>	<b>6</b>	<b>16</b>
<b>Captivitas Babyl.</b>	<b>70</b>	<b>Hadrianus</b>	<b>20</b>	<b>10</b>	<b>28</b>
<b>A David ad finem</b>		<b>Antoninus</b>	<b>22</b>	<b>7</b>	<b>6</b>
<b>Captiv. Babyl.</b>	<b>518</b>	<b>M. Aurelius</b>	<b>19</b>	<b>—</b>	<b>10</b>
	<b>m. 6. d. 10</b>				<b>217. 89. 219</b>
<b>A condito mundo</b>		<b>89 menses</b>	<b>= a. 7 m. 5</b>	<b>—</b>	
<b>ad mortem David</b>	<b>4436</b>	<b>219 dies</b>	<b>= — m. 7 [d. 5]</b>		
<b>A David ad finem</b>		<b>Hi m. et d.</b>	<b>= a. 8 — [d. 5]</b>		
<b>Captiv. Babyl.</b>	<b>518</b>	<b>A Consulibus ad</b>			
	<b>m. 6. d. 10</b>	<b>mortem Aurelii</b>			<b>225</b>
<b>A condito mundo</b>		<b>A Captiv. ad finem</b>			
<b>ad fin. Captiv. B.</b>	<b>4954</b>	<b>Consulium</b>			<b>516</b>
	<b>m. 6. d. 10</b>	<b>A Consulibus ad</b>			
<b>Cyrus (tempore Tar-</b>		<b>mortem Aurelii</b>			<b>225</b>
<b>quinii Sup.) regnavit</b>	<b>38</b>	<b>A Captiv. ad</b>			
<b>Tarquinius Sup.</b>	<b>25</b>	<b>mortem Aurelii</b>			<b>741</b>
<b>Consules</b>	<b>453</b>	<b>A condito mundo</b>			
<b>A Captiv. ad finem</b>		<b>ad fin. Captiv.</b>			<b>4954</b>
<b>Consulium</b>	<b>516</b>				<b>(m. 6. d. 10)</b>
<b>Imperarunt</b>	<b>a. m. d.</b>	<b>A fine Capt. ad</b>			
<b>C. Iulius</b>	<b>3 4 6</b>	<b>mortem Aurelii</b>			<b>741</b>
<b>Augustus</b>	<b>56 4 1</b>	<b>A condito mundo</b>			
<b>Tiberius</b>	<b>22 — —</b>	<b>ad M. Aurelii mor-</b>			
<b>Caius</b>	<b>3 8 7</b>	<b>tem</b>			<b>5695.</b>
<b>Claudius</b>	<b>13 8 24</b>				<b>(m. 6. d. 10 [d. 5])</b>
<b>Nero</b>	<b>13 6 28</b>				

ritatis lucem ex prophetarum libris efflorescentem opponit (c. 1).

Illam superstitionem quod attinet, primum observat, quemadmodum statuarii opus suum non magni faciunt dum elaborant, at venditum et in templo collocatum adorant, sic eos qui genealogias deorum legunt non infitari homines fuisse, postea tamen ut deos colere (c. 2). Deinde quaerit cur dii gignere desierint, cur Olympus vacuus sit qui diis refertus esse deberet, cur Idam Iuppiter reliquerit (c. 3)? Tum ad scripta transit philosophorum et poetarum. Ex philosophis alii deum prorsus negant aut providentiam tollunt, alii mundum increatum dicunt neque alium deum esse quam suam cuiusque conscientiam; ipse Plato, qui deum increatum et omnium creatorem docet, materiam cum eo increatam coniungit (c. 4). Homerus deorum originem ex aqua repetit. Nec sanior est sententia Hesiodi (c. 5); materiam is increatam et sine creatore creationem statuit et inepte loquitur de deorum prosapia (c. 6). Denique nugas profert historicorum, ut Satyri qui Ptolemaei Philopatoris genus a Baccho longa serie repetat (c. 7). Unde Theophilus concludit scriptores omnes, philosophos poetas historicos, errore labi: id quod confirmat etiam ex eorum de mundo et providentia dissensionibus, speciminis loco nonnullas afferens poetarum de providentia discrepantes inter se sententias (c. 8).

Longe dissimilis est prophetarum doctrina, quos spiritu sancto plenos fuisse probat eventus



eorum quae praedixerunt (c. 9). Hi summo consensu docuerunt mundum a deo per logon ex nihilo creatum fuisse (c. 10). Opus sex dierum describitur in libro Genesis (c. 11). Inde scriptores gentiles nonnulla hauserunt, sed ea errore corruperunt (c. 12). Iam Theophilus plura exponit de tribus primis diebus: scilicet deus initium ducit ab ipso eulmine; spiritum rebus creatis, ut animam homini, tribuit; terram, aquis remotis, ornat herbis seminibus plantis (c. 13). In his habemus imaginem resurrectionis, in mari imaginem mundi (c. 14). Varias considerationes de iis quae quarto (c. 15) et quinto (c. 16) et sexto die creata sunt (c. 17). Homini creatio singulare quidpiam habet (c. 18): ea declaratur et homo in paradiso collocatur (c. 19). Apponuntur quae in libro Genesis referuntur de paradiso, Evae formatione (c. 20), hominis lapsu (c. 21). Quod deus ambulasse in paradiso dicitur, id Theophilus docet de logo eius intelligendum esse (c. 22). Veritatem autem eorum quae in Genesi narrantur manifestam esse demonstrat ex mulierum parturientium doloribus et serpentis statu (c. 23). Iam, postquam paradisi ornatum descripsit (c. 24), probat accusandum deum non esse quod ligno scientiae Adamum prohibuerit (c. 25) aut praevaricatori mortem inflixerit (c. 26): nec mortalem Adamum nec immortalem creari par erat, sed capace[m] utriusque (c. 27). Eiectus paradiso Adamus cognovit uxorem suam, quam ex eius costa deus formaverat, ut et singularitatis dei argumentum exhiberet et coniu-

galem amorem arctius adstringeret (c. 28). Eva peperit Cainum ac deinde Abelem. Caini scelus et punitio (c. 29) et posteri recensentur. Ab iis artes inventae sunt, de quibus scriptores gentiles nihil potuerunt nisi fabulosum dicere (c. 30). Eiusdem scripturae beneficio cognoscimus originem maximarum urbium, divisionem linguarum, seriem antiquissimorum regum (c. 31), rationem dissipationis humani generis in universum terrarum orbem (c. 32). Harum rerum omnium cognitio frustra in libris gentilium quaeritur (c. 33). Prophetae vero non solum de mundi creatione nos docuerunt, sed etiam de deo colendo et vita recte instituenda praecepta tradiderunt (c. 34): id quod speciminibus ex libris eorum illustrat (c. 35), multis additis Sibyllae versibus (c. 36). Quin etiam poetae de poenis sceleri infligendis (c. 37), de mundi conflagratione et aliis rebus nonnulla dixerunt quae cum prophetis consentiant (c. 38).

### 3. Libri tertii.

Quum priores disputationes animum Autolyçi non infregissent, Theophilus ad hunc librum exarandum aggressus est. Declarat sibi propositum esse antiquitatem scripturarum christianarum ab origine repetitam ei ante oculos ponere, ut tandem aliquando intelligat scriptores quorum admiratione tenebatur nullius esse pretii (c. 1). Nam neque suis ipsi oculis viderunt quae literis mandant, neque didicerunt ab his qui vide-

runt (c. 2), inter sese et secum ipsi litigant, deos esse nunc asserunt nunc negant, providentiam mox defendunt mox evertunt, stupra et adulteria docent, ipsis diis horrenda flagitia et scelestas coenas attribuant (c. 3).

Eiusmodi rebus Theophilus lubenter superseisset; sed quum videret Autolyicum adhuc animo fluctuare ac sermonibus hominum insanorum moveri, qui Christianis 1<sup>o</sup>. epulas humanae carnis et 2<sup>o</sup>. promiscuos concubitus affingebant atque 3<sup>o</sup>. eorum doctrinam esse recentem dictitabant, uberiores sibi disputationem de Christianorum innocentia et antiquitate suscipiendam esse iudicavit (c. 4).

Primum igitur demonstrat istorum criminum gravissima in scriptoribus gentilibus indicia; nullam prorsus in Christianis haerere suspicionem.

Etenim nonnulli philosophi, ut Zeno Cleanthes Diogenes, docent humanas carnes vorare et ne parentibus quidem parcere (c. 5). Omnes fere de incestis concubitus conveniunt: Plato communes uxores esse praescribit et Epicurus consuetudinem stupri cum matribus ac sororibus commendat. Immo haec nefanda flagitia non dubitant in deos conferre (c. 6). Nam, quum nihil omnino constanter sentiant, eos dicunt aut ex atomis constare aut in atomos abire aut materiales esse aut nullam hominum curam gerere; animam immortalem quum dixerint, in alia hominum vel belluarum corpora mi-

grare asseverant; providentiam alii probant, alii explodunt (c. 7). Qui vero deos esse negant eosdem esse rursus affirmant, iisque incestos concubitus et epulas humanae carnis attribuunt (c. 8). — Christianorum vero doctrina est longe sanctior. Unum deum esse credunt eiusque providentia mundum gubernari, et ab eo legem acceperunt: quae quam saneta sit probatur ex decalogo Mosi a deo dato (c. 9). Huc accedit praeceptum de humanitate exhibenda advenis (c. 10). Apponuntur prophetarum testimonia de poenitentia (c. 11) et iustitia (c. 12) et castitate (c. 13). Nonnulla ex Novo Testamento adduntur de inimicis diligendis et gloria inani effugienda et obedientia magistratibus praestanda (c. 14). In homines tali doctrina imbutos non cadunt nefanda ista humanarum epularum et promiscuorum concubituum facinora; immo tanta est Christianorum hac in re cautio ut neque gladiatorum spectaculis interesse ipsis liceat, ne caedis conscii fiant, neque alios ludos obire, ne ipsorum aures aut oculi contaminentur (c. 15).

Tum Theophilus probat doctrinam Christianorum minime recentem esse.

Primum argumentum inde ducit quod Graeci nihil prorsus viderint in numerandis mundi annis (c. 16), quos Christiani ex prophetarum oraculis cognitos habent (c. 17), et in narrando diluvio erraverint (c. 18), quod a Mose propheta accuratissime describitur (c. 19). Aliud argumentum suppeditat Mosis (c. 20) et exitus de Aegypto (c. 21) et tem-

pli iudaici antiquitas (c. 22). Ipsi prophetae antiquiores sunt scriptoribus graecis (c. 23). Atque ut haec omnia uno in conspectu ponantur, anni Hebraeorum numerantur ab Adamo usque ad reditum ex captivitate Babylonica (cc. 24. 25). Ex quo facilis est comparatio quantum intersit inter Christianorum et Graecorum historias et utrorumque de mundi origine doctrinam (c. 26). Ne quid autem desit huic chronologiae, Romanorum anni pertexuntur ad obitum usque Marci Aurelii (c. 27). Tum totius chronologiae capita praecipua summam re-censentur (c. 28). Ex his concludit quam immerito christianam doctrinam nonnulli vellicent tamquam recentem (c. 29).

Perorat Theophilus librum duplici causa allata cur scriptores graeci hebraeos raro commemorent, quarum prima est quod recens sit apud eos literarum cognitio, altera quod non desinant fabulas amare ac veritatem odisse et insectari (c. 30).

## VII. Synopsis supputationis Theophili a mundo condito ad mortem M. Aurelii\*).

(Lib. III. c. 24—28.)

Adam filium genuit a.	230	Enoch	165
Seth	205	Mathusala	167
Enos	190	Lamech	188
Cainan	170	Noe temp. diluvii	600
Maleleel	165		
Iareth	162		
			2242

\*) Meum est Theophili numeros vere exhibere, non autem veros esse ostendere.

PROLEGOMENA.

LIII

Post diluvium		Abimelech	8
Arphaxath fil. genuit a.	135	Thola	23
Sala	130	Iair	22
Heber	134	Serv. Phil. et Amm.	18
Phaleg	130	Iephta	6
Rhagau	132	Esbon	7
Seruch	130	Aelon	10
Nachor	75	Abdon	8
Tharrha	70	Servit. alienig.	40
Abraham	100	Samson	20
	<hr/>	Pax	40
	1036	Samera	1
Anni ante diluvium	2242	Elis	20
A diluv. ad Isaac	1036	Samuel	12
A condito mundo		Saul	20
ad Isaac	3278	David	40
Isaac genuit Iacob	60	A morte Mosis	
Transitus Iac. in Aeg.	130	ad mortem David	498
Mora Israel. in Aeg.	430	A condito mundo	
Mora in deserto	40	ad mortem Mosis	3938
	<hr/>	A Mose ad David	498
	660	A condito mundo	
A condito mundo		ad mortem David	4436
ad Isaac	3278	Solomon regnavit	40
Ad mortem Mosis	660	Roboam	17
	<hr/>	Abias	7
A condito mundo		Asa	41
ad mortem Mosis	3938	Iosaphat	25
	<hr/>	Ioram	8
Iesus iud. pop.	27	Ochozias	1
Serv. reg. Mesop.	8	Gotholia	6
Gonotheel	40	Ioas	40
Servit. Eclon	18	Amesias	39
Aoth	8	Ozias	52
Servit. alienig.	20	Ioatham	16
Debbora	40	Achaz	17
Servit. Madian.	7		
Gedeon	40		

Ezechias	29	Galba	—	7	6
Manasses	55	Otho	—	3	5
Amos	2	Vitellius	—	6	22
Iosias	31	Vespasianus	9	11	22
Ochas	menses 3	Titus	2	—	22
Ioachim	11	Domitianus	15	5	6
Ioachim II	m. 3. d. 10	Nerva	1	4	10
Sedecias	11	Traianus	19	6	16
Captivitas Babyl.	70	Hadrianus	20	10	28
A David ad finem		Antoninus	22	7	6
Captiv. Babyl.	518	M. Aurelius	19	—	10
	m. 6. d. 10				
					217. 89. 219
A condito mundo		89 menses	=	a. 7 m. 5	—
ad mortem David	4436	219 dies	=	— m. 7 [d. 5]	
A David ad finem		Hi m. et d.	=	a. 8 — [d. 5]	
Captiv. Babyl.	518	A Consulibus ad			
	m. 6. d. 10	mortem Aurelii			225
A condito mundo		A Captiv. ad finem			
ad fin. Captiv. B.	4954	Consulum			516
	m. 6. d. 10	A Consulibus ad			
Cyrus (tempore Tar-		mortem Aurelii			225
quinii Sup.) regnavit	38	A Captiv. ad			
Tarquinius Sup.	25	mortem Aurelii			741
Consules	453	A condito mundo			
A Captiv. ad finem		ad fin. Captiv.			4954
Consulum	516				(m. 6. d. 10)
Imperarunt	a. m. d.	A fine Capt. ad			
C. Iulius	3 4 6	mortem Aurelii			741
Augustus	56 4 1	A condito mundo			
Tiberius	22 — —	ad M. Aurelii mor-			
Caius	3 8 7	tem			5695.
Claudius	13 8 24				(m. 6. d. 10 [15].)
Nero	13 6 28				

Si igitur ex recepta sententia aerae Iulianae a. 46 pro epocha Iesu Christi habeamus, anni a condito mundo ad natum Christum secundum Theophili calculum ad hunc modum statuentur:

A cond. mundo ad fin. Capt. Bab.	4954
Anni Cyri	38
Anni Tarquinii	25
Anni Consulum	453
Aerae Iulianae	46
<hr/>	
A condito mundo ad Christum	5516.





**THEOPHILI ANTIOCHENI  
AD AUTOLYCUM LIBRI III.**

---

**COMMENTARII IN IV EVANGELIA.  
FRAGMENTUM IN CANTICUM.**

---

<sup>1</sup> ΘΕΟΦΙΛΟΥ ΠΡΟΣ ΑΥΤΟΛΥΚΟΝ.

<sup>2</sup> ΤΟ Α.

1. <sup>3</sup> Στωμόλον μὲν οὖν στόμα καὶ φράσις εὐεπῆς τέρψιν πα-<sup>P. 69</sup>  
 ρέχει καὶ ἔπαινον πρὸς κενὴν δόξαν ἀθλοῖς ἀνθρώποις ἔχουσι<sup>S. 1</sup>  
 τὸν νοῦν κατεφθαρμένον· ὁ δὲ τῆς ἀληθείας ἐραστῆς οὐ προσ-  
 ἔχει λόγοις <sup>4</sup> μεμιαμμένοις, ἀλλὰ ἐξετάζει τὸ ἔργον τοῦ λόγου  
 τί καὶ ὁποῖόν ἐστιν. <sup>5</sup> Ἐπειδὴ οὖν, ᾧ ἑταῖρε, κατέπληξάς με

1. ΘΕΟΦΙΛΟΤ ΠΡΟΣ ΑΤ-  
 ΤΟΛΥΚΟΝ] Haec est inscriptio in  
 codicibus Veneto et Bodleiano. Eam-  
 dem recte praebent editores: Ges-  
 nerus, Ducaeus, Morellus, Fellus,  
 Wolfius, Maranus, Humphreius. So-  
 lus Gallandius arbitrato suo scri-  
 psit: ΤΟΤ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ  
 ΗΜΩΝ ΘΕΟΦΙΛΟΤ ΤΟΤ ΑΝ-  
 ΤΙΟΧΕΩΣ ΠΡΟΣ ΑΥΤΟΛΥΚΟΝ.  
 In inscriptione codicis Parisini, a  
 quo bini priores libri ad Autolycum  
 absunt, aliquot accedunt verba: Θεο-  
 φίλου πατριάρχου ἔκτου ἀν-  
 τιοχείας πρὸς ἀντόλυκον ἑλ-  
 ληνα περὶ τῆς τῶν χριστιανῶν  
 πίστεως. Ea unde origi-  
 nem ducant dixi in Prolegg. c. 2:  
 „De codicibus manuscriptis.“

2. ΤΟ Α] Uterque codex (Ven.  
 et Bodl.) haec omittit; habet autem  
 Ven. initio libri secundi τὸ β̄ ᾱ ter-  
 tii τὸ γ̄, Bodl. in calce libri secundi  
 τὸ δεύτερον et in limine tertii τὸ  
 τρίτον. Editores substituere ΒΙ-  
 ΒΑΙΟΝ Α.

3. Στωμόλον ... κατεφθαρ-  
 μένον] Citavit hunc locum Ioannes  
 Damasc. in Sacr. Parall. (Opp. ed.  
 Lequien. T. II) p. 564. Legit τὸ  
 pro μὲν οὖν, id quod maiorem  
 quamdam asseverationem ponit ra-  
 tione habita antecedentis inter Theo-  
 philum et Autolycum colloquii. Bodl.  
 καὶ ante φράσις (φρᾶσις Ven.) men-  
 dose praetermittit. Uterque cod.  
 mstus et Gesn. non κενὴν habent  
 sed καινήν, vitio scilicet pronun-  
 tiationis, quae has voces inter se  
 commutandi frequentem occasionem  
 fecit. Sic 1 Tim. 6, 20 vice κενο-  
 φωνίας nonnulli codd. καινοφωνίας  
 legunt: vid. Tischendorf. (ed. 7) ad  
 h. l. Iam Clauserus recte transtulit:  
 ad vana[m] gloriam parandam. —  
 Cum verbis ἀνθρ. ἔχ. τ. νοῦν κα-  
 τεφθαρμ. cf. 2 Tim. 3, 8: ἀνθρω-  
 ποι κατεφθαρμένοι τὸν νοῦν.

4. μεμιαμμένοις] Ven.: in quo  
 supra prius μ corrector incaute σ  
 posuit, ut μεμιασμένοις legatur.  
 Bodl. et editi μεμιασμένοις. Forma

## THEOPHILI AD AUTOLYCUM.

### LIBER PRIMUS.

1. **L**epida quidem lingua et dictio elegans sane delectationem afferunt et laudem ad inanem gloriam miseris hominibus qui mentem gerunt corruptam; veritatis autem amator animus non advertit sermonibus fucatis, sed inquit opus sermoni adiunctum quodnam et quale sit. Quoniam igitur, amice,

*μεμιαμμαι* apud scriptores aetatis inferioris haud inusitata est: cfr. Dio Cass. p. 655, Oracc. Sibyll. IV. 29. p. 166 ed. Alex., Sap. 7, 25. Tob. 2, 9. Tit. 1, 15 (Lachmann. et Tischend. *μεμιαμμένοις*); Lobeck. ad Phryn. p. 35, Ph. Buttmann. *Ausf. griech. Sprachl.* (ed. 2) T. I. p. 443, Al. Buttmann. *Gramm. d. neutest. Spr.* p. 36. — Ait Wolfius hanc vocem viro docto, quem non nominat, superfluum videri. Contra Maranus: „Equidem,“ inquit, „assentirer, si vox illa de sermonibus manifestâ nequitia corruptis intelligenda esset. Hic enim facta generatim opponuntur sermonibus etiam decoris et in speciem praeclaris, nedum aperte improbis et nequitiam prae se ferentibus. Nec profecto veritatis cultoribus magna laus esset non decipi sermonibus aperte nefariis. Sed cum *μιαίνω* idem saepe valeat ac *tingo* [Anthol. gr. Vol. II. p. 153 ed. Jacobs.], *λόγους μεμ.* interpretor sermones fucato

et pigmentis coloratos.“ De sententia, Christianos non duci sermone fucato sed respicere τὸ ἔργον τοῦ λόγου, *opus sermonis*, h. e. qualis vita sit ornate dicentium, adeas quae ad Athenagorae Supplic. p. Chr. c. 11. n. 19 attuli.

5. *Ἐπειδή*] Uterque cod. mstus, Gesn. Duc. Mor. Mar. Humphr. At Fell. vero et Wolf. *ἐπειδὴν*. Caeterum non „est hic quoddam orationis ἀνακόλουθον“ (Wolf.), sed apodosis incipit verbis *ἐγὼ μὲν* (respondet infra initio c. 2 *ἀλλὰ*) *οὖν* (cf. Iustin. Dial. c. Tr. c. 88. n. 19. Confut. dogm. Arist. c. 1. n. 7) *ὁμολογῶ*. Mox pro *κατέπληξάς με* (Bodl., Duc. Fell. Wolf. Mar. Humphr.) offerunt mendose Gesn. *κατέπληθός μεν* (sic) et Mor. *κατέπληθός με*. Ven. *κατεπλήξω με*, sed supra ω corrector ας scripsit, ut *κατέπληξας* legatur. Bodl. in marg. *κατέπληξας*, et hanc lectionem Wolfius praefert: id quod improbo. Graeci enim prius verbum

<sup>6</sup> λόγοις κενοῖς κενησάμενος ἐν τοῖς θεοῖς σου τοῖς λιθίνοις καὶ ξυλίνοις, ἑλατοῖς τε καὶ χωνευτοῖς καὶ πλαστοῖς καὶ γραπτοῖς, <sup>7</sup> οὐδ' οὔτε βλέπουσιν οὔτε ἀκούουσιν (εἰσὶ γὰρ εἰδῶλα καὶ ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων), ἔτι δὲ φῆς με καὶ <sup>8</sup> Χριστιανὸν ὡς κακὸν τοῦνομα <sup>2</sup> φοροῦντα, ἐγὼ μὲν οὖν <sup>9</sup> ὁμολογῶ εἶναι Χριστιανός, καὶ φορῶ τὸ θεοφιλὲς ὄνομα τοῦτο ἐλπίζων <sup>10</sup> εὐχρηστος εἶναι τῷ θεῷ. Οὐ γὰρ ὡς σὺ ὑπολαμβάνεις, χαλεπὸν εἶναι τοῦνομα <sup>11</sup> τοῦ θεοῦ, οὕτως ἔχει· ἴσως δὲ ἔτι αὐτὸς σὺ ἄχρηστος ὢν τῷ θεῷ <sup>12</sup> περὶ τοῦ θεοῦ οὕτως φρονεῖς.

2. Ἀλλὰ καὶ ἐὰν φῆς <sup>1</sup> „Δεῖξόν μοι τὸν θεὸν σου“, καγὰ <sup>3</sup> σοι εἴποιμι ἄν <sup>2</sup> „Δεῖξόν μοι τὸν ἀνθρώπον σου καγὰ σοι δεῖξω <sup>70</sup>

solent de sermonibus eum impetu quodam effusis et audienti ingratis molestisque usurpare; dictio autem καταπλήθειν („obruere“) τινὰ λόγους tota in Graecia fuit inaudita.

6. λόγοις κενοῖς] Tillemontius (Mémoires pour servir à l'hist. ecclési. T. III, Ven. 1832. 4<sup>o</sup>, p. 51) haec accepit de scripto quodam Autolyti contra Christianos. Sed id phrasis ipsa non infert, quae de sermone familiari alias communiter adhibetur, v. c. lib. H. c. 1 initio. — De verbis κενησάμενος ἐν τ. θ. σου λιθίνοις κτλ. vide Iustin. Apol. I. c. 9 et Epist. ad Diogn. c. 2; coll. librum meum De Epist. ad Diogn. (ed. 2) p. 18 sq.

7. οὐδ' ... ἀνθρώπων] Ps. 113, 4—5 et 134, 15—17 (ed. Holm.-Parsons.): Τὰ εἰδῶλα τῶν ἔθνῶν ... ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων. ... Ὀφθαλμοὺς ἔχουσι καὶ οὐκ ὄψονται, ὅτα ἔχουσι καὶ οὐκ ἀκούσονται. Coll. 1 Parall. 16, 26: Πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἔθνῶν ἐἰδῶλα.

8. Χριστιανὸν ὡς κακὸν τοῦνομα φορῶ.] Scilicet Christianum vocari ad crimen sufficiebat, ut etiam Iustinus Apol. I. c. 4 (n. 1) et Athe-

nagoras l. c. cc. 1 (n. 13) 2 (n. 7. 8) referunt alique testes quos ll. cc. memoravi.

9. ὁμολογῶ εἶναι Χριστιανός.] Ita olim Christiani. Tertullianus Apol. c. 2: „Vociferatur homo: Christianus sum. Quod est diei; tu vis audire quod non est.“ Cf. Actt. martyr. SS. Iustini etc. (Corp. Apoll. Vol. III) c. 3 sq., ubi narratur singulos Christianos ante tribunal praefecti constitutos dixisse: Χριστιανός εἰμι. Pariter Galli ap. Euseb. H. E. V. c. 1. §. 19 de Blandina scribunt: ἦν αὐτῆς ἀνάληψις καὶ ἀνάπανσις καὶ ἀναληθία τῶν συμβαινόντων τὸ λέγειν ὅτι Χριστιανὴ εἰμι. Et de Sancto I. c. §. 20: πρὸς πάντα τὰ ἐπερωτώμενα ἀπεκρίνατο τῇ φωμαϊκῇ φωνῇ· Χριστιανός εἰμι. Τοῦτο καὶ ἀντὶ ὀνόματος καὶ ἀντὶ πόλεως κτλ. ὁμολόγει. Ipse Eusebius, de Diocletiana persecutione agens, VIII. c. 3 ait: ἄλλος Χριστιανός· εἶναι ἐκεκράγει, τῇ τοῦ σωτηρίου προσρήματος ὁμολογίᾳ λαμπρυνόμενος. Cf. Cyprianum in lib. ad Demetrianum. — Morell. vitiose ὁμολογεῖν.

10. εὐχρηστος εἶναι τῷ θεῷ.]

me sermonibus inanibus obtudisti venditans deos tuos lapideos et ligneos, ductos et fusos, fictos et pictos, *qui nec vident nec audiunt (sunt enim simulacra et opera manuum hominum)*, meque praeterea Christianum dicis quasi malum nomen ferentem: equidem confiteor me esse Christianum, et gratum hoc deo nomen fero sperans me utilem esse deo. Non enim ut tu existimas, molestum esse nomen dei, ita se res habet; sed fortasse, quia adhuc tu inutilis es deo, idcirco de deo ita sentis.

2. Sed etiam si dicas „Ostende mihi deum tuum“, ego tibi dicam „Ostende mihi hominem tuum et ego tibi ostend-

Usitatus est apud veteres patres vocum *χριστοῦ* (a *χρῆσιν* c. 12 ibique n. 1) et *χρηστοῦ* lusus, cuius ansam ipsi gentiles dederunt. Tertull. l. c. c. 3: „Christianus pronuntiatur a vobis.“ Lactant. Institt. div. IV. c. 7: „Immutata littera Chrestum solent dicere.“ Ad hunc locum lege Bünemanni adnotata; adde interpretas ad Taciti Annal. XV. c. 44. Ait Iustinus Apol. I. c. 4: *Χριστιανοὶ γὰρ εἶναι κατηγοροῦμεθα· τὸ δὲ χρηστὸν μισεῖσθαι οὐ δίκαιον*. Comp. quae ibi notavi. Insuper gentiles Christianos ut homines *ἀχρηστοὺς* calumniati sunt. Hinc Tertulianus l. c. c. 42: „Infructuosi in negotiis dicimur.“ Formula *εὐχρηστον εἶναι τῷ θεῷ* (mox opp. *ἄχρηστον* s. τ. θ.) reperitur apud Herm. Past. II. c. 5.

11. τοῦ θεοῦ] Clauser. maluit τοῦτο, reddens nomen *illud*. Recte Maranus: „Postquam dixit Theophilus christianum nomen deo gratum esse, inde occasionem sumit de ipsius dei nomine ac de eius natura omnem intelligentiam superante disserendi.“

12. πσι] In Ven. omissum, sed

a correctore adiectum. Deinde *οὐτως* Ven. (in quo corrector, ut asolet, *ς* erasit) suppeditat pro vulg. *οὔτω*.

1. *Δείξόν μοι τὸν θεόν σου*] Hoc Theophilus non coniciendo suspicatur Autolycom dicturum esse; sed revera id dixerat, ut ex c. 14 patescit. Apud Augustinum, ut Korholtus notavit, De symbolo III. c. 3 dicit paganus: „Ostende mihi quem colis.“ Sic quoque Caecilius apud Minucium Felicem Christianis exprubat quod deum colant, quem nec ostendere possint nec videre.

2. *Δείξόν μοι τὸν ἀνθρώπων σου*] *Hominem tuum*, scilicet ratione habita animae, *internum hominem*. Hunc mihi ostende, *an talis sit qualis esse debet, deum ut queat videre*. Illico enim: *Ἐπεὶ δεῖξον βλέποντας τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς ψυχῆς σου ἕλ.* „*Ὅταν ἡ ἀμαρτία (nec καθαρὰ ψυχῆ) ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, οὐ δύναται ὁ τοιοῦτος ἀνθρώπος θεωρεῖν τὸν θεόν.* *Δείξον οὖν καὶ σὺ σεαυτὸν.* Cf. Neander *Allg. Geschichte d. christl. Rel. u. Kirche* T. I (ed. 2) p. 962. Caeterum eadem loquendi

τὸν θεόν μου<sup>4</sup>. <sup>3</sup>Ἐπεὶ δεῖξον βλέποντας τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς ψυχῆς σου, καὶ τὰ ἅτα τῆς καρδίας σου ἀκούοντα. Ὡσπερ γὰρ οἱ βλέποντες τοῖς ὀφθαλμοῖς τοῦ σώματος κατανοοῦσι τὴν τοῦ βίου καὶ ἐπίγειον πραγματείαν, ἅμα <sup>4</sup>δοκιμάζοντες τὰ διαφέροντα, ἥτοι φῶς ἢ σκότος, ἢ λευκὸν ἢ μέλαν, ἢ αἰδῆς ἢ εὐμορφον, ἢ εὐρυθμον καὶ εὐμετρον ἢ ἄρυθμον καὶ ἄμετρον, ἢ ὑπέρμετρον ἢ κόλουρον, ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ὑπ' ἀκοὴν πίπτοντα, ἢ ὀξύφωνα ἢ βαρύφωνα ἢ ἠδύφωνα, <sup>5</sup>οὕτως ἔχει ἂν καὶ περὶ **B** τὰ ἅτα τῆς καρδίας καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τοὺς τῆς ψυχῆς δύνασθαι θεὸν θεάσασθαι. Βλέπεται γὰρ θεὸς τοῖς δυναμένοις αὐτὸν ὄραν, ἐπὶ ἄνω τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀνεφωμένους τῆς ψυχῆς. Πάντες μὲν γὰρ ἔχουσι τοὺς ὀφθαλμούς, ἀλλὰ ἔνιοι ὑποκεχυμένους καὶ μὴ βλέποντας τὸ φῶς τοῦ ἡλίου. Καὶ οὐ παρὰ τὸ μὴ βλέπειν τοὺς τυφλοὺς ἤδη καὶ οὐκ <sup>6</sup>ἔστιν τὸ φῶς τοῦ ἡλίου φαῖνον, ἀλλὰ ἑαυτοὺς αἰτιάσθωσαν οἱ τυφλοὶ καὶ τοὺς ἑαυτῶν ὀφθαλμούς. <sup>7</sup>Οὕτως καὶ σύ, ὡς ἄνθρωπε, ἔχεις ὑποκεχυμένους τοὺς ὀφθαλμούς τῆς ψυχῆς σου ὑπὸ τῶν ἁμαρτημάτων καὶ τῶν πράξεών **C** σου τῶν πονηρῶν. Ὡσπερ ἔσοπτρον ἐστιλβωμένον, οὕτως δεῖ

formula δεῖξόν μοι — καὶ γὰρ δεῖξω σοι in Ep. Iac. 2, 18 reperitur.

3. Ἐπεὶ δεῖξον] Ἐπεὶ cum imperativo offensionem non habet. Cf. Klotz. ad Devar. Vol. II. p. 543. Quapropter nihil opus est ulla verborum ἐπεὶ δεῖξον mutatione. Duc. legit. ἐπίδειξον. Idem voluit Wolf. legere. Coniecit Heumann. (Poecil. T. I. p. 507) ἢ ἀνοιξον, αὐτὴν ἀπερί. Anonymus (Biblioth. Lubec. Vol. II. p. 223) substituit ἔπειτα δεῖξον. Thienemann. ἐπίδειξον commendavit. Inutilis labor; locus sanus est. — Augustinus in Psalm. 41: „Paganus si mihi dixerit: Ubi est deus tuus? nonne illi et ego possum dicere: Ubi est deus tuus? Deum quippe suum digito ostendit. Intendit enim digitum ad aliquem lapi-

dem, et dicit: Ecce est deus meus; ubi est deus tuus? Invenit ille quod ostenderet oculis carnis. Ego autem non, quasi non habeam quem ostendam. Sed non habet ille oculos quibus ostendam. Potuit enim ille oculis corporis mei ostendere deum suum Solem: quibus ego oculis ostendam Solis creatorem? Similiter De symbolo III. c. 3: „Ego quidem habeo etiam modo quem tibi ostendam; sed tu non habes oculos unde videas. Beati enim, ait salvator noster, mundi corde: quoniam ipsi deum videbunt. Cor immundum et tenebris peccatorum obvolutum deum quaerit videre! Lux lucet in tenebris, sed tenebrae eam non comprehenderunt. Numquid quia caecus non videt ideo lux non lucet? Si nosset, o infide-

dam deum meum". Proinde ostende an oculi animae tuae videant, et aures cordis tui audiant. Quemadmodum enim qui vident oculis corporis percipiunt quae in hac vita terrena peraguntur, simul ea explorantes quae inter se differunt, lucem et tenebras, album et nigrum, deforme et formosum, concinnum apteque dimensum et inconcinnum inepteque dimensum, partibus excedens et mutilum, pariter vero etiam ea quae sub aures cadunt, acutane sint an gravia aut iucunda: ita etiam se habent aures cordis et oculi animae ut deum videre possint. Videtur enim deus ab iis qui possunt eum videre, siquidem oculos animae apertos habent. Omnes enim habent oculos, sed quidam [caliginē] suffusos ac solis lucem non videntes. Neque ex eo quod caeci non videant idcirco lux solis non lucet, sed sibiipsis adsignent caeci et suis oculis. Sic et tu, o homo, habes [caliginē] suffusos oculos animae tuae per peccata et malas actiones tuas. Ut speculum renidens, ita animam hominis

lis, dicere deo vero: Illumina oculos meos: videres nobiscum nunc per speculum in aenigmate, ut possis videre facie ad faciem."

4. δοκιμάζοντες τὰ διαφέροντα] Phrasis haec Paulina est Rom. 2, 18 et Phil. 1, 10. — Mox Ven. εἶτοι, sed corrector ἦ supra εἶ (lib. II. c. 2. n. 5) posuit. Cf. lib. II. c. 38. n. 1. Idem Ven. dein ἄρυνθμον, quod corrector temere in ἄρυνθμον (Bodl.) mutavit: sic editi quoque. Sed cf. Al. Buttman. *Gramm. d. neutest. Spr.* p. 28sq. Similiter Tischendorf. Ioann. 19, 23 ex cod. Alex. ἄραφος reposuit. Tum editi ὑπὲρ μέτρον divisē.

5. οὕτως ἔχει ἄν] Heumann. l. c. legere gestit οὕτως ἔχει ἄν, id quod improbo, praesertim quum ista loquendi ratio infra c. 5 firmetur: Καθάρει γὰρ . . . οὕτως

ἔχει ἄν καὶ τὸν θεὸν μὴ δύνασθαι ὁραθῆναι κτλ. Inepte Wolfius obtrudit nostro loco τοῦ ante δύνασθαι. Maranus: „Scribendum potius fuisset τὸ δύνασθαι αὐτὰ.“ Sunt autem, opinor, quibus persuadere possem Theophilum non τὰ ὅσα scripsisse sed τὰ ὅσα τὰ τῆς καρδίας. Addit enim τοὺς ὀφθαλμοὺς τοὺς τῆς ψυχῆς. Articulus τὰ ob similitudinem cum ultima praecedentis vocis syllaba facile potuit interire.

6. ἔστιν] Ven. (corrector ex more suo ν erasit), ἔστι Bodl. et Gesn. Fell. Wolf. Humphr. At Ducaeus incuria operarum ἔτι, id quod Mor. et Mar. receperunt. Tum Fell. et Wolf. ἀλλ', non ἀλλὰ.

7. Οὕτως] Ven.; vulg. οὕτω. Item paullo post: οὕτως δεῖ.



τὸν ἄνθρωπον ἔχειν καθαρὰν ψυχὴν. Ἐπὶ οὖν ἢ ἰὸς ἐν τῷ ἐσόπτρῳ, <sup>8</sup> οὐ δύναται ὁρᾶσθαι τὸ πρόσωπον τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῷ ἐσόπτρῳ· <sup>9</sup> οὕτως καὶ ὅταν ἢ ἁμαρτία ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, οὐ δύναται ὁ τοιοῦτος ἄνθρωπος θεωρεῖν τὸν θεόν. Λεῖξον οὖν καὶ <sup>4</sup> σὺ σεαυτὸν, <sup>10</sup> εἰ οὐκ εἶ μοιχός, εἰ οὐκ εἶ πόρνος, εἰ οὐκ εἶ κλέπτης, εἰ οὐκ εἶ ἄρκαξ, εἰ οὐκ εἶ ἀποστερητής, εἰ οὐκ εἶ ἀρσενοκοίτης, εἰ οὐκ εἶ ὑβριστής, εἰ οὐκ εἶ λοιδορός, <sup>11</sup> εἰ οὐκ ὀργίλος, εἰ οὐ φθονερός, εἰ οὐκ ἀλαζών, εἰ οὐκ ὑπερόπτης, εἰ οὐ <sup>D</sup> πλήκτης, εἰ οὐ φιλάργυρος, εἰ οὐ γονεῦσιν <sup>12</sup> ἀπειθής, εἰ οὐ <sup>13</sup> τὰ τέκνα σου πωλεῖς. Τοῖς γὰρ ταῦτα πράσσουσιν ὁ θεὸς οὐκ ἐμφανίζεται, ἐὰν μὴ πρῶτον <sup>14</sup> ἑαυτοὺς καθαρῶσιν ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ. Καὶ σοὶ οὖν ἅπαντα ἐπισκοτεῖ, καθάπερ ὕλης <sup>15</sup> ἐπιφορὰ ἐπὶ γένηται τοῖς ὀφθαλμοῖς <sup>16</sup> πρὸς τὸ μὴ δύνασθαι ἀτενίσαι τὸ φῶς τοῦ ἡλίου· <sup>17</sup> οὕτως καὶ σοὶ, ὦ ἄνθρωπε, ἐπισκοτοῦσιν αἱ ἀσέβειαι πρὸς τὸ μὴ δύνασθαι σε ὁρᾶν τὸν θεόν. 71

3. Ἐρεῖς οὖν μοι· Σὺ ὁ βλέπων διήγησαι μοι τὸ εἶδος τοῦ <sup>5</sup> θεοῦ. Ἄκουε, ὦ ἄνθρωπε· Τὸ μὲν εἶδος τοῦ θεοῦ ἀρόρητον καὶ <sup>1</sup> ἀνέκφραστον ἐστίν, μὴ δυνάμενον ὀφθαλμοῖς σαρκίνοις

8. οὐ δύναται ... ἐν τῷ ἐσόπτρῳ] Haec verba omnia, a Ven. et Bodl. supposita, a Gesn. Duc. Mor. omissa sunt. Ansam videlicet erroris dedit repetitum τῷ ἐσόπτρῳ. Fell. mendose τι (pro τὸ) πρόσωπον. Caeterum ille ἰὸς ἐν τῷ ἐσόπτρῳ dicitur respectu habito speculi aenei.

9. οὕτως] Ven.; vulg. οὕτω. Deinde ex eodem ὅταν ἢ pro vulg. ὅταν ἢ dedi. Matth. 5, 8: οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ ... τὸν θεὸν ὄψονται. Origenes Hom. in Ioann. 73, 2: πᾶσα γὰρ ἁμαρτία ὄψον ἐντίθησι τῇ ψυχῇ. Non solum Gregorius Nyss. (*Die Bergpred. ausgel.* v. A. Tholuck, ed. 4. Goth. 1856, p. 101), sed Theophylactus quoque et Euthymius (ad Matth. 5, 8) pu-

ram animam comparant cum speculo puro: ὥσπερ γὰρ τὸ ἀτόπτρον, ἐὰν ἢ καθαρὸν, τότε δέχεται τὰς ἐμφάσεις, οὕτω καὶ ἡ καθαρὰ ψυχὴ δέχεται ὄψιν θεοῦ. Cf. Petav. Theol. dogm. T. I. p. 293 et Grimm *Exeg. Hdbch zu d. Apokryph. d. A. T.* Tom. VI (D. Buch d. Weish.), Lips. 1860, p. 52.

10. εἰ οὐκ εἶ μοιχός ... εἰ οὐ γονεῦσιν ἀπειθής] Theophilus omnibus his verbis, duobus tantum (φθονερός et ὑπερόπτης) exceptis, respicit ad 1 Cor. 6, 8—10. Rom. 1, 30. 1 Tim. 1, 10. 2 Tim. 3, 2. Tit. 1, 7.

11. εἰ οὐκ ὀργ.] Wolf. cum Fello εἰ οὐκ εἶ ὀργ. contra codd. mstos. Tum ille vitiose: οὐ φθονερός, omisso εἶ, et ἢ (codd. εἶ) οὐκ ἀλαζών.

puram esse oportet. Quum igitur exstiterit aerugo in speculo, non potest conspici hominis vultus in speculo: ita quum peccatum sit in homine, non potest quisquam huiusmodi videre deum. Ostende igitur teipsum, an non sis moechus, an non sis scortator, an non sis fur, an non sis praedo, an non sis spoliator, an non sis puerorum stuprator, an non sis contumeliosus, an non sis maledicus, an non iracundus, an non invidus, an non arrogans, an non superbus, an non litigator, an non avarus, an non parentibus non obsequens, an non filiorum tuorum venditor. Haec enim qui agunt iis deus non apparet, nisi prius se ab omni labe expurgaverint. Itaque etiam tibi omnia tenebras inducunt, velut si obstet humor in oculos traiectus quominus in lucem solis defigi possint: sic etiam tibi, o homo, impietates tenebras inducunt quominus possis videre deum.

3. Dices igitur mihi: Tu qui vides narra mihi formam dei qualis sit. Audi, o homo: Forma dei ineffabilis et inexplicabilis est, quae non potest oculis corporeis videri.

12. ἀπειθής] Wolfius dicit fuisse virum doctum qui legere mallet ἀπειθής. Sed praestat in recepta lectione acquiescere, quia ipsa illa phrasis a Theophilo sumta videtur ex Rom. 1, 30 et 2 Tim. 3, 2. Cf. n. 10.

13. τὰ τέκνα σου πωλεῖς] Ea de re consulas Pufendorfium De iure naturae lib. VI. c. 2. §. 9 et Grotium De iure belli et pacis lib. II. c. 5. §. 5.

14. ἐαντοῦς . . . μολυσμοῦ] Coll. 2 Cor. 7, 1.

15. ἐπιφορὰ] Nescio cur Ducaeus, quocum Mor. et Fell. faciunt, in ἐκφορὰ mutaverit. Illa lectio ab utroque cod. msto suppeditatur et a caeteris editoribus probe servatur. Ἐπιφορὰ enim, ut iam Wolfius mo-

nuit, est ille oculorum morbus, qui ab humorum pravorum influxu et impressione oritur: quod vel ex Paulo Aegineta lib. III patet, ubi de oculorum agit epiphoris, quas disertius τὰς τῶν δυνάμεων ἐπιφορὰς appellat. H. Stephanus in Exposit. vocabulorum medicorum p. 521: Ἐπιφορὰ ἰδίως ἐπὶ ὀφθαλμῶν λέγεται, ἐπειδὴν μετὰ φλεγμονῆς μεγίστης καὶ δυνάμεως πλήθος ἐπιφέρεται.

16. πρὸς] Gesn. Fell. Wolf. πρὸ mendose.

17. οὔτως] Ven.; vulg. οὔτω. Mox Ven. et Bodl. vitiose σύ, non σοί. Iam in principe editione lectio comparet genuina.

1. ἀνέκφραστόν ἐστιν, μὴ] Ven. et Bodl., nisi quod in hoc

ὄραθῆναι. Δόξη γάρ <sup>2</sup> ἔστιν ἀχώρητος, μεγέθει ἀκατάληπτος, ὕψει ἀπερινόητος, ἰσχύϊ ἀσύγκριτος, σοφίᾳ ἀσυμβίβαστος, ἀγαθοσύνη ἀμίμητος, καλοποιεῖα ἀνεκδιήγητος. <sup>3</sup> Εἰ γὰρ φῶς αὐτὸν εἶπω, ποίημα αὐτοῦ λέγω· εἰ λόγον εἶπω, <sup>4</sup> ἀρχὴν αὐτοῦ λέγω· νοῦν ἔαν εἶπω, <sup>5</sup> φρόνησιν αὐτοῦ λέγω· πνεῦμα ἔαν εἶπω, <sup>6</sup> ἀνα- B  
 πνοὴν αὐτοῦ λέγω· σοφίαν ἔαν εἶπω, <sup>7</sup> γέννημα αὐτοῦ λέγω· ἰσχὺν ἔαν εἶπω, κράτος αὐτοῦ λέγω· δύναμιν ἔαν εἶπω, ἐνέργειαν <sup>8</sup> αὐτοῦ λέγω· πρόνοιαν ἔαν εἶπω, <sup>9</sup> ἀγαθοσύνην αὐτοῦ λέγω· βασιλείαν ἔαν εἶπω, δόξαν αὐτοῦ λέγω· κύριον ἔαν εἶπω, <sup>10</sup> κριτὴν αὐτὸν λέγω· κριτὴν ἔαν εἶπω, δίκαιον αὐτὸν λέγω·

ἔστι (pro ἔστιν) comparet et in illo corrector v erasit. Editi ἀνέκφραστον καὶ μῆ.

2. ἔστιν] Bodl. in marg. addit θεός.

3. Εἰ γὰρ φῶς κτλ.] Hunc locum sic imitatur Novatianus De trin. c. 2 ut ipsis Theophili verbis utatur. „Sive enim illum,“ inquit, „dixeris lucem, creaturam ipsius magis quam ipsum dixeris, ipsum non expresse- ris; sive illum dixeris virtutem, potentiam ipsius magis quam ipsum dixeris et depromseris; sive dixeris maiestatem, honorem ipsius magis quam illum ipsum descriperis.“ Simili modo demonstrat Gregorius Naz. in Orat. 34 divinam naturam minus accurate describi, quum spiritus et ignis et lux et caritas et sapientia et iustitia et mens et logos et alij eiusmodi nuncupatur. Hanc adnotationem Marano debemus. Adde Iustin. Apol. II. c. 6 (n. 3).

4. ἀρχὴν αὐτοῦ] Ducaem [qui Clauseri versionem repetiit] vituperat Wolfius, quod illam vocem interpretetur principatum; ac ipse reddidit principium. [Facit cum Fello, qui transtulit: „quod in prin-

cipio cum eo erat dico.“ Etiam Hosmann.: „der der Anfang in ihm heisset.“ Et Thienemann.: „so beschrieb ich nur die Entstehung desselben.“] Sed parum quadrat ut patris principium filius dicatur. Dicitur quidem lib. 2. c. 13 principium in quo deus creavit coelum et terram: at principium patris non dicitur. Quare malui retinere principatum, idque eo lubentius, quod Theophilus in libro 2. c. 10 filium vocari doceat ἀρχὴν, quia imperat et dominatur omnibus rebus ab ipso creatis. Est ergo principatus [das die Welt beherrschende Princip] patris, quia pater omnibus per eum imperat. Maranus. Idem recte admonuit Grabner De Theophilo Ep. Ant. §. 5. Cf. Kahnis Die Lehre vom heil. Geiste P. I (Hal. 1847) p. 237.

5. φρόνησιν αὐτοῦ] D. h. nicht ihn selbst, sondern nur eine seiner Eigenschaften. Münscher Handb. d. christl. Dogmengesch. T. I (ed. 2) p. 396.

6. ἀναπν. αὐτοῦ] Uterque cod. mstus et editi (excepto Humphr.) ἀναπν. ἑαυτοῦ, meam ipsius respirationem; quod quidem Maranus

Nam nec eius gloria animo capi, nec magnitudo comprehendendi, nec altitudo cogitari, nec robur in comparationem vocari, nec sapientia explorari potest, nec eius benignitas imitabilis est, nec beneficentia enarrabilis. Nam si lucem eum dicam, opus eius dico; si logon dicam, eius principatum dico; si mentem dicam, eius prudentiam dico; si spiritum dicam, eius respirationem dico; si sapientiam dicam, eius progeniem dico; si robur dicam, eius potentiam dico; si virtutem dicam, eius operationem dico; si providentiam dicam, eius benignitatem dico; si regnum dicam, eius maiestatem dico; si dominum dicam, iudicem dico; si iudicem

explicat sic: si spiritum dicam, opus illius dico, nempe spiritum illum de quo ait Theophilus c. 7: *τούτου το πνεύμα άναπνείς*. Sed in reliquis proluxae huiusce periodi membrs pronomen *αύτοῦ* constanter ad deum refertur, ideoque concinnitatis gratia hic *αύτοῦ* scriptori reddidi. Idem video etiam Hagenbachium (*Lehrb. d. Dogmengesch.* P. I. ed. 2. p. 85) rescripsisse. Et Münscher. l. c.: „so nenne ich nur seinen Hauch.“ C. 7: *οὗ* (h. e. dei) *ἡ πνοή ζωογονεῖ τὸ πᾶν, ὅς ἐάν συσχῆ τὸ πνεύμα παρ' ἑαυτοῦ ἐκλείψει τὸ πᾶν*. Cf. c. 5. n. 6. Constat *αύτοῦ* et *ἑαυτοῦ* a librariis saepenumero commutari. Sed quid plura? Illico exemplum habes nulli adhuc editori cognitum: adi n. 8.

7. *γέννημα αὐτοῦ*] Respicit ad Prov. 8, 22, ubi *ἡ σοφία* ita: *κύριος ἐκτίσέ με*. Coll. lib. II. c. 10 (n. 6): *ἐγέννησεν αὐτὸν* (logon) *μετὰ τῆς ἑαυτοῦ* (dei) *σοφίας*.

8. *αὐτοῦ*] Ven. *ἑαυτοῦ*. Sed corrector ē erasit, ut sit *αὐτοῦ*, id quod Bodl. quoque tuetur. Cf. n. 6.

9. *ἀγαθὸσύνην*] Sic codd. msti, non *ἀγαθωσύνην*, quod expectaveris (Etymol. magn. p. 275. 44). Illa scriptura in nonnullis quoque Ni Ti. codd. mstis melioris notae deprehenditur: Rom. 15, 14. Gal. 5, 22. Eph. 5, 9. 2 Thess. 1, 11. Cf. Tischendorf. ad ll. cc. et Winer. *Gramm. d. neutest. Spr.* (ed. 6) p. 86 sq.

10. *κριτὴν αὐτὸν λέγω*] Ven. et Bodl.: ex quo Maran. et Humphr. textui inseruere. At Gesn. Duc. Mor. omiserunt. Causa erroris cernitur in iterato *κριτὴν* (c. 2. n. 8). Quum deum dico dominum, hoc ipso tantum iudicem eum dico: scilicet unusquisque dominus suorum est servorum iudex. Fell. et Wolf. inepte in textu posuerunt *ἑαυτὸν λέγω, illum ipsum dico*. Nihil opus est ulla mutatione. Inde reiicio etiam coniecturas Cotelarii (Monumm. eccl. gr. p. 662) *τὰ πάντα αὐτοῦ λέγω*, Lacrozii *θεὸν αὐτὸν λέγω*, Grabii *δυνατὸν αὐτὸν λέγω*, Wolfii *τὸν ὄντα αὐτὸν λέγω*, Marani *κτίστην αὐτὸν λέγω*.

πατέρα ἐὰν εἶπω, <sup>11</sup> τὰ πάντα αὐτὸν λέγω. <sup>12</sup> πῦρ ἐὰν εἶπω, τὴν ὄργην αὐτοῦ λέγω. Ἐρεῖς οὖν μοι. <sup>13</sup> Ὁργίζεται θεός; 6 Μάλιστα· ὀργίζεται τοῖς τὰ φαῦλα πράσσουσιν, ἀγαθὸς δὲ καὶ χρηστὸς καὶ <sup>14</sup> οἰκτίρμων ἐστὶν ἐπὶ τοὺς ἀγαπῶντας καὶ φοβου- C μένους αὐτόν. <sup>15</sup> παιδευτῆς γὰρ ἐστὶν τῶν θεοσεβῶν καὶ πατὴρ τῶν δικαίων, κριτῆς δὲ καὶ κολαστῆς τῶν ἀσεβῶν.

4. Ἄναρχος δὲ ἐστὶν, ὅτι <sup>1</sup> ἀγέννητός ἐστιν· ἀναλλοίωτος δὲ, καθότι ἀθάνατός ἐστιν. <sup>2</sup> Θεὸς δὲ λέγεται διὰ τὸ τεθεικέναι

11. τὰ πάντα αὐτὸν λέγω] „Indicat patris nomine comprehendi quidquid humana imbecillitas de deo eloqui potest“ (Maran.). Legendum coniecerunt Cotelierius l. c. πρὸ πάντων αὐτὸν λέγω (c. 4), Grabius ποιήσαντα αὐτὸν λέγω, Wolfius τὰ πάντα αὐτοῦ λέγω (omnia eius tamquam patris esse iussu), Maranus τὰ πάντα ἀπ' αὐτοῦ λέγω (omnia ab eo esse dico), Noltius ἀγάπην αὐτὸν λέγω vel τὴν ἀγάπην αὐτοῦ λέγω. Neutiquam sunt calculo critico dignae istae coniecturae. Quid? Verus criticus non dubitaret rescribere: ἀγαπῶντα αὐτὸν λέγω. Eadem correctionem video Heumannum (Poecil. T. I. p. 509) proposuisse: quae eo magis mihi probatur, quod originem mendae clare ostendit. Nimirum litera Γ transiit in Τ (cf. lib. II. c. 36. n. 45, c. 37. n. 14, lib. III. c. 23. n. 6, c. 26. n. 8, Tatian. c. 40 [Corp. Apoll. Vol. VI] p. 152. n. 1; — Coebet Nov. lectt., Lugd. Bat. 1858, p. 81), atque ita ex ΑΓΑΠΩΝΤΑ extritā primā literā facili errore factum est ΤΑ ΠΑΝΤΑ.

12. πῦρ ... τὴν ὄργην] Deuter. 4, 24 et Hebr. 12, 29: ὁ θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλίσκων.

13. Ὁργίζεται θεός] Ita etiam,

monente La Croze, Lactantius De ira dei. Vide et Damascenum De fide orthod. l. c. 9. p. 145, cuius integra de Nominibus divinis commentatio, ibi expressa, huc pertinet. Wolfius.

14. οἰκτίρμων] Gesn. et Mor. οἰκτῆρμων mendose.

15. παιδευτῆς γ. ἐ. τῶν θεοσεβῶν] Moltus forte redderetur: castigatōr dei cultorum. Videtur enim Theophilus indicare velle quid intersit inter poenas, quibus bonos interdum deus erudit et eas quas impiis, ut severus iudex, infligit. Notus est omnibus Proverbiorum locus, quem citat Apostolus Hebr. 12, 5. Maranus. — Mox ἐστὶν Ven.; vulg. ἐστι.

1. ἀγέννητος] Uterque cod. mstus (cf. lib. II. cc. 4. 8 al.), Gesn. Mor. Mar. Caeteris editoribus, etiam Gallandio et Mignio (edit. Mar. recudentibus), placuit tacite obtrudere ἀγέννητος. De utraque voce legas quae ad Athenagor. Supplic. p. Chr. c. 4. n. 10 (Corp. Apoll. Vol. VII) p. 21 uberius exposui. Dein pro ἀθάν. ἐστὶν (Ven.) vulg. ἀθάν. ἐστι legitur.

2. Θεός ... τὰ πάντα] Ioannes Damasc. in Sacr. Parall. p. 785: Τοῦ ἁγίου Ἀμφιλοχίου ἐπισκό-

dicam, iustum eum dico; si patrem dicam, omnia eum dico; si ignem dicam, iracundiam eius dico. Dices igitur mihi: Irascitur deus? Maxime: irascitur male agentibus, bonus vero et benignus et misericors est in eos qui eum amant ac timent; est enim magister piorum et pater iustorum, iudex vero et vindex impiorum.

4. Caret principio, quia infectus est; immutabilis est, quatenus immortalis est. Deus dicitur propter τὸ θεικέναι,

που Ἰκονίου· Θεὸς λέγεται διὰ τὸ θεικέναι πάντα τῆ ἑαυτοῦ ἐξουσία καὶ ἀσφαλεία, καὶ διὰ τὸ θεεῖν, ὅπερ ἐστὶ τρέχειν καὶ κινεῖν καὶ κυβερνᾶν καὶ ζωογονεῖν τὰ πάντα. Maran. adnotavit in Parall. cod. Coisl. 276 legi hoc testimonium sub eodem Amphilocheii nomine, sed deesse ἐξουσία et pro ζωογονεῖν haberi ζωοποιεῖν. Pro ἐπὶ τῆ ἑαυτοῦ ἀσφ. Suicerus in Thesaurο eccles. T. I. p. 1367 mavult ἐπὶ τῆ ἑαυτοῦ ἀσφ. legere, ut ἀσφάλεια ad res ipsas referatur. Ps. 104, 5: ὁ θεμελιῶν τὴν γῆν ἐπὶ τὴν ἀσφάλειαν αὐτῆς. Sed, ut iam Maranus monuit, hic locus ita citatur a Damasceno, ut necesse sit legere ἑαυτοῦ. Habet enim πάντα τῆ ἑαυτοῦ, omissa praepositione. Vocem θεός a θεῖναι deducunt etiam Herodotus II. 52: θεοὺς δὲ προσωνόμασαν σφέας ἀπὸ τοῦ τοιοῦτου, ὅτι κόσμῳ θέντες τὰ πάντα πράγματα καὶ πάσας νομὰς εἶχον (ubi vid. Wesseling.), et Clemens Alex. Strom. I. c. 29. §. 182: θεός δὲ παρὰ τὴν θεῖναι εἰρηται καὶ τάξιν τὴν διακόσμησιν. A θεεῖν derivant Socrates ap. Plat. in Cratyl. c. 16. p. 397. ed. Steph. (Euseb. Praep. ev. I. c. 9. §. 10. XI. c. 6. §. 12. XIV. c. 27. §. 7): propterea

quod pristini homines sola sidera per coelum currentia pro diis habuerunt, quorum nomen deinde ad omnes deos translatum est (ubi vid. Stallbaum.), id quod Clemens quoque in Protrept. c. 2. §. 26 (Strom. IV. c. 23. §. 153) agnoscit dicens: ἐξεθείασαν θεοὺς ἐκ τοῦ θεῖν ὀνομάσαντες τοὺς ἀστέρας, Athanasius De definit. (Opp. ed. Maur. T. II) p. 243: θεός λέγεται ἀπὸ τοῦ θεεῖν ἦτοι τρέχειν· τὸ τρέχειν δὲ μὴ τὴν ἀπὸ τόπου νοητέον εἰς τόπον μεταβάσιν, ἀλλὰ τὸ τὴν πρόνοιαν τοῦ θεοῦ καὶ τὴν ἐνέργειαν ἐπὶ πάντα διήκειν, Gregorius Naz. Orat. 31: θεός ἀπὸ τοῦ θεεῖν διὰ τὸ ἀεικίνητον, Ioannes Dam. De fide orthod. I. c. 9: θεός ... λέγεται ἐκ τοῦ θεεῖν καὶ περιέπειν τὰ σῶματα, Pseudo-Gennadius Dial. de via sal. (a me edito in Illg.-Niedn. Zeitschr. f. d. histor. Theol. Lips. 1850. Fasc. 3) p. 409, = Ps.-Athanasii Ἐτεραί τινες ἐρωτήσεις (Opp. T. II) p. 335: θεός λέγεται ἀπὸ τοῦ θεεῖν καὶ διατρέχειν νοητῶς καὶ ἀχρόνας τὰ πάντα· ὁ γὰρ θεός ἀεὶ καὶ πανταχοῦ πάρεστιν. Alii a θεῖναι (τὰ πάντα) repetunt, ut Gregorius Nys. Hom. in Cant., Orat. XII in Eunom., et Ioannes Dam. De fide orthod. I. c.; alii

τὰ πάντα ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ ἀσφαλείᾳ, καὶ διὰ τὸ θέειν· τὸ δὲ θέειν <sup>3</sup> ἐστὶν τὸ τρέχειν καὶ κινεῖν καὶ ἐνεργεῖν καὶ τρέφειν καὶ προνοεῖν καὶ κυβερνεῖν καὶ ζωοποιεῖν τὰ πάντα. Κύριος δὲ ἐστὶν διὰ τὸ κυριεῦειν αὐτὸν τῶν ὄλων, πατήρ δὲ διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν <sup>4</sup> πρὸ τῶν ὄλων, <sup>5</sup> δημιουργὸς δὲ καὶ ποιητῆς διὰ τὸ αὐτὸν εἶναι κτίστην καὶ ποιητὴν τῶν ὄλων, ὕψιστος δὲ διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἀνώτερον τῶν πάντων, <sup>6</sup> παντοκράτωρ δὲ ὅτι αὐτὸς τὰ πάντα κρατεῖ καὶ ἐμπεριέχει. Τὰ γὰρ ὕψη τῶν οὐρανῶν καὶ τὰ βάθη τῶν ἀβύσσων καὶ τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ ἐστὶν, <sup>7</sup> καὶ οὐκ ἔστιν τόπος τῆς καταπαύσεως αὐτοῦ. Οὐρανοὶ μὲν γὰρ ἔργον αὐτοῦ εἰσιν, γῆ ποίημα αὐτοῦ <sup>8</sup> ἐστὶν, θάλασσα κτίσμα αὐτοῦ ἐστὶν, ἄνθρωπος πλάσμα καὶ εἰκὼν αὐτοῦ ἐστὶν, <sup>9</sup> ἥλιος καὶ σελήνη καὶ ἀστέρες <sup>9</sup> στοιχεῖα αὐτοῦ εἰσιν, <sup>10</sup> εἰς σημεῖα καὶ εἰς καιροὺς καὶ εἰς ἡμέρας καὶ εἰς ἐνιαυτοὺς γεγονότα, <sup>11</sup> πρὸς

a θεωρεῖν (τὰ πάντα), ut Athanasius De definit. l. c. et Pseudo-Gennadius cum Ps.-Athanas. ll. cc., alii ab ἀΐθειν (= καίειν, ob malorum consumptionem: Hebr. 12, 29: coll. supra c. 3. n. 12), ut Gregorius Naz. Orat. 36, Athanasius et Ioannes Dam. ll. cc., alii εὖ εἶς (bonus), ut Scholiastes Ambros. B. ad Odys. VIII. 325, alii a θεῶ (i. q. ποιῶ), ut auctor Etymologici Magni, alii a θεῖομαι (admiror, unde θαυτός, admirabilis), ut Clericus ad Hesiod. p. 27, alii a θάω (nutrio) et θάομαι (specto cum admiratione, unde θεός suspiciens cum summa veneratione), ut Dammius in Novo Lex. gr. etymol. p. 1011. 13<sup>1</sup> et Duncanus in Novo Lex. gr. ed. Rost. p. 528, alii (Pape Lex. gr. T. I. p. 1011) a Διός. Sed haec hactenus.

3. ἐστὶν] Uterque cod. mstus; ἐστὶ Fell. Wolf. Humphr. Postea pro ἐστὶν (Ven.) omnes ἐστι.

4. πρὸ τῶν ὄλων] Ante omnia,

atque adeo et omnium auctor. Cf. Suicer. Observatt. Sacr. c. 7. p. 162 sqq. — Mor. et Mar. τὸν pro τῶν vitiose.

5. δημιουργὸς καὶ ποιητῆς] Quod inter δημιουργὸν et ποιητὴν (lib. II. c. 10. n. 17 et c. 34. p. 110 B) discrimen sit, Iustinus in Cohort. ad gentt. c. 22 dicit. Adde Athenagor. Supplic. p. Chr. c. 10, ibique n. 19 observata. Lib. III. c. 9 appellat Theophilus deum κτίστην καὶ ποιητὴν καὶ δημιουργὸν τοῦδε τοῦ παντός κόσμου.

6. παντοκράτωρ] De hac voce cf. Io. Pearson. ad Symbol. Apost. p. 74 sq. et Steph. le Moyne ad Var. Sacr. p. 122.

7. καὶ οὐκ ... αὐτοῦ] Ies. 66, 1 et Actt. apost. 7, 49 (coll. lib. II. c. 22. n. 4): τίς τόπος τῆς καταπαύσεώς μου; Omnes edit. excepto Gesnero non ἔστιν (Ven. et Bodl.) sed ἔστι. Etiam paullo ante Humphr. ἐστι.

8. ἐστὶν] Omnes edit. praeter

quia omnia in sua ipsius stabilitate posuit, et propter τὸ θέειν, quod idem est ac currere et movere et operari et nutrire et providere et vivificare omnia. Dominus est quia omnibus dominatur, pater quia est ante omnia, opifex et creator quia omnia condidit et creavit, altissimus quia est supra omnia, omnipotens quia omnia tenet et complectitur. Nam et alta coelorum et profunda abyssorum et termini orbis sunt in manu eius, neque est locus in quo quiescat. Est enim coelum eius opus, terra eius creatura, mare eius opificium, homo eius figmentum et imago, sol et luna et stellae sunt eius elementa, in signa et tempora et dies et

Gesn. non ἔστιν (ut codd. msti) sed ἔστι. Paulo ante Humphr. ἐστὶ.

9. στοιχεῖα] Sic etiam infra c. 5 et 6 solem et stellas appellat Theophilus. [Cf. lib. II. cc. 15 et 35.] Eodem sensu vocem hanc usurpant Eusebius H. E. lib. 3. c. 31. Praepar. ev. lib. 1. c. 12 et lib. 3. p. 91, Basilius Hom. 4 in Hexaem., Chrysostomus Homil. 6 in Genes., Cyrillus c. Iul. lib. 1. p. 17. Unde facile explicatur, quod nonnullos criticos torsit, cur astra interdum apud Latinos elementa appellentur, ut apud Tertullianum Ad nat. lib. 2, Lactantium lib. 2. c. 5 et S. Hieronymum Ep. ad Hedib. [150. qu. 15]. Miror Petavium minus vidisse quid sint apud Epiphanium τὰ μεταίως νομιζόμενα εἰς ἀριθμὸν στοιχείων παρὰ τοῖς πεπλανημένοις νόματα ἃ ζώδια καλοῦσι, „frustra excogitata, pro numero elementorum, apud errantes nomina, quae zodia appellant.“ Haec Petavium, Not. in haeres. 16, interpretatur de quadripartita signorum divisione pro quatuor elementorum numero. Sed liquet Epiphanium loqui de signis zodiaci, non de quatuor elementis.

Recenset enim duodecim nomina hebraica totidem graecis nominibus respondentia pro numero elementorum, id est duodecim signorum zodiaci. Maranus. Cf. meas notas ad Iustin. Apol. II. c. 5 (n. 2) et Athenagor. l. c. c. 16 (n. 15). Adde Hilgenfeld: *Der Galaterbrief* (Lips. 1852) p. 66 sqq. et *Die jüdische Apokalyptik* (Ien. 1857) p. 114. 241.

10. εἰς σημεῖα . . . ἐνιαυτούς] Gen. 1, 14.

11. πρὸς ὑπερσταν κ. δουλείαν ἀνθρώ.] Iustinus l. c.: τὰ οὐράνια στοιχεῖα εἰς ἀΐξιν κερπῶν καὶ ὠρῶν μεταβολὰς κοσμήσας καὶ θεῖον τούτοις νόμον τάξας, ἃ καὶ αὐτὰ δι' ἀνθρώπων φαίνεται πεποιηκώς. Tatianus Orat. c. 4: Γέγονεν ἥλιος καὶ σελήνη δι' ἡμᾶς· εἶτα πῶς τοῦς ἔμοῦς ὑπερέτας προσανηῶς; Athenagoras l. c.: οὐδὲ παραλίπων τὸν θεὸν τὰ στοιχεῖα θεραπεύω, οἷς μηδὲν πλέον ἢ ὅσον ἐκελέσθησαν ἔξῃσιν. Mundus conditus propter genus humanum; lib. II. c. 10: τούτῳ οὖν προητοιμάσεν τὸν κόσμον. Similiter Iustinus l. c. c. 4. p. 43 D, Dial. c. Tr. c.



ὑπηρεσίαν καὶ δουλείαν ἀνθρώπων· <sup>12</sup> καὶ τὰ πάντα ὁ θεὸς ἐποίησεν ἐξ οὐκ ὄντων εἰς τὸ εἶναι, ἵνα διὰ τῶν ἔργων γινώσκηται καὶ νοσηθῇ τὸ μέγεθος αὐτοῦ.

5. <sup>1</sup> Καθάρπερ γὰρ ψυχὴ ἐν ἀνθρώπῳ οὐ βλέπεται, ἀόρατος ἔσται οὐσα ἀνθρώποις, διὰ δὲ τῆς κινήσεως τοῦ σώματος νοεῖται ἢ B ψυχῇ, οὕτως ἔχει ἂν καὶ τὸν θεὸν μὴ δύνασθαι ὀραθῆναι ὑπὸ ὀφθαλμῶν ἀνθρωπίνων, διὰ δὲ τῆς προνοίας καὶ τῶν ἔργων αὐτοῦ βλέπεται καὶ νοεῖται. "Ὁν τρόπον γὰρ καὶ πλοῖον θεασάμενός τις ἐν θαλάσῃ κατηρητισμένον καὶ τρέχον καὶ κατερχόμενον εἰς λιμένα δηλονότι ἡγήσεται εἶναι ἐν αὐτῷ κυβερνήτην τὸν κυβερνῶντα αὐτό, <sup>2</sup> οὕτως δεῖ νοεῖν εἶναι τὸν θεὸν κυβερνήτην τῶν ὄλων, εἰ καὶ οὐ θεαρεῖται ὀφθαλμοῖς σαρκίνοις <sup>3</sup> διὰ τὸ αὐτὸν ἀχώρητον εἶναι. <sup>4</sup> Εἰ γὰρ τῷ ἡλίῳ ἐλαχίστῳ ὄντι στοιχείῳ οὐ C δύναται ἄνθρωπος ἀτενίσαι διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν θέρμην καὶ δύναμιν, πῶς οὐκ ἄλλοι τῇ τοῦ θεοῦ δόξῃ ἀνεκφράστῳ οὕσῃ ἄνθρωπος θνητὸς οὐ δύναται ἀντάπησαι; "Ὁν τρόπον γὰρ <sup>5</sup> βοᾷ, S ἔχουσα φλοῖον τὸν περιέχοντα αὐτήν, ἔνδον ἔχει μονὰς καὶ θήκας πολλὰς διαχωριζόμενας διὰ ὑμένων καὶ πολλοὺς κόκκους ἔχει τοὺς ἐν αὐτῇ κατοικοῦντας, οὕτως <sup>6</sup> ἢ πᾶσα κτίσις περιέχεται

41. p. 260 A, De resurr. c. 7. p. 592 DE, Epist. ad Diogn. c. 10. p. 500 D, aliique patres.

12. καὶ ... ἐξ οὐκ ὄντων] Lib. II. cc. 4. 10. 13: ἐξ οὐκ ὄντων τὰ πάντα ἐποίησεν, i. q. non ex materia praeiacente. Lib. II. c. 4: Τί δὲ μέγα, εἰ ὁ θεὸς ἐξ ὑποκειμένης ὕλης ἐποίησε τὸν κόσμον; Καὶ γὰρ τεχνίτης ἄνθρωπος, ἐπὶ ἄλλῃ λάβῃ ἀπὸ τινος, ἐξ αὐτῆς ὅσα βούλεται ποιεῖ. Θεοῦ δὲ ἡ δύναμις ἐν τούτῳ φανεροῦται ἵνα ἐξ οὐκ ὄντων ποιῇ ὅσα βούλεται.

1. Καθάρπερ γὰρ ψυχὴ κτλ.] Eodem modo (ut Mar. vidit) Octavius apud Minucium Felicem ineptam dei videndi cupiditatem in gentilibus castigat. „Deum,“ inquit, „oculis

carnalibus vis videre, cum ipsam animam tuam, qua vivificaris et loqueris, nec aspicere possis nec tenere.“ Heumann. (Poecil. T. I. p. 510) mox pro οὕτως ἔχει ἂν καὶ τὸν θεὸν μὴ δύνασθαι reponendum crediderit οὕτως καὶ τὸ θεῖον μὴ δύναται. Magnitudo mutationis deterret; neque depravatus est textus: eadem nempe phrasis supra (c. 2. n. 5) comparet.

2. οὕτως] Ven.; vulg. οὕτω.

3. διὰ τὸ α. ἀχώρητον εἶναι] Id uberius exponit lib. II. c. 22. Ven. αὐτὸν, non αὐτὸν, errore librarii.

4. Εἰ γὰρ τῷ ἡλίῳ κτλ.] Similem Xenophontis sententiam citant Clemens Alex. Protrept. p. 46 et Cyrillus Alex. c. Iul. I. p. 32. Pu-

annos condita, ut ministrent et serviant hominibus: atque omnia deus creavit ex nihilo, ut ex operibus cognoscatur et intelligatur eius maiestas.

5. Nam quemadmodum anima in homine non videtur, quum fugiat humanos visus, sed ex motu corporis intelligitur anima, ita etiam deus oculis humanis videri non potest, sed ex providentia et operibus videtur et intelligitur. Quemadmodum enim etiam navem quis in mari instructam et currentem et ad litus appellentem videns procul dubio gubernatorem in ea esse iudicabit a quo gubernetur, ita deus omnium gubernator intelligendus est, etsi non videtur oculis carnalibus, quia comprehendi non potest. Nam si in solem, minimum illud elementum, non potest homo oculos defigere ob calorem et vim exsuperantem, quanto magis dei maiestatem, quae est inenarrabilis, mortalis homo non potest intueri? Quemadmodum enim malum punicum, cortice circumdatum, intus habet foros et loculos multos pelliculis interiectos et multa grana in se includit, ita universa creatura continetur spiritu dei, et continens spiritus una cum

tet Clemens haec Xenophontem hausisse ex Sibylla, cuius testimonium ibidem omnino gemellum refert. Sic etiam Minucius Felix [c. 32]: „In solem adeo, qui videndi omnibus causa est, videre non possumus: radiis acies submovetur, obtutus intuentis hebetatur, et si diutius inspicias omnis visus exstinguitur. Quid? Ipsum solis artificem, illum lucis fontem possis sustinere?“ Eadem habes apud Theodoret. Serm. 10 de provid. p. 439. *Maranus*.

5. *ῥοά*] Sic codd. msti; *ῥόα* editi. Paulo post vero hi ut illi *ῥοᾶς*. Cf. Stephan. Thesaur. gr. ling. ed. Hase Vol. VI. p. 2403.

6. *ἡ πᾶσα κτίσις περιέχεται ὑπὸ πνεύματος θεοῦ*] Non loquitur

Theophilus de logo, ut Ritterus (*Gesch. d. chr. Philos.* T. I. p. 325 coll. 324) falso existimavit, neque de spiritu sancto, sed de spiritu dei tamquam anima mundi. Deus ipse est *πνεῦμα* (c. 3). Eius spiritus hoc universum vivificat: *dei ἡ πνοὴ ζωογονεῖ τὸ πᾶν, ὃς ἐὰν συσχητὸ πνεῦμα παρ' ἑαυτῷ ἐκλείψει τὸ πᾶν* (c. 7): terram nutrit (l. c.) et ungit (c. 12), ab homine spiratur (c. 7), in creatione super aquas ferrebat et creaturae *εἰς ζωογόνησιν* dabatur velut anima homini (lib. II. c. 13), per omnia diffusus est (lib. II. c. 4) et naturā tenuis (lib. II. c. 13). Athenagor. Supplic. pro Christ. c. 6: *τῷ παρ' αὐτοῦ πνεύματι συνέχεται τὰ πάντα*.

Corp. Apoll. Vol. VIII.

ὑπὸ πνεύματος θεοῦ, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ περιέχον <sup>7</sup> σὺν τῇ κτίσει περιέχεται ὑπὸ χειρὸς θεοῦ· ὡς περ οὖν ὁ κόκκος τῆς ῥοῆς ἔνδον κατοικῶν οὐ δύναται ὄραν τὰ ἔξω τοῦ λέπτους, αὐτὸς ὢν ἔνδον, D οὕτως οὐδὲ ἄνθρωπος ἐμπεριεχόμενος μετὰ πάσης τῆς κτίσεως ὑπὸ χειρὸς θεοῦ οὐ δύναται θεωρεῖν τὸν θεόν. <sup>8</sup> Εἶτα βασιλεὺς <sup>9</sup> μὲν ἐπίγειος πιστεύεται εἶναι, καί περ μὴ <sup>9</sup> πᾶσιν βλεπόμενος, διὰ δὲ νόμων καὶ διατάξεων αὐτοῦ καὶ ἐξουσιῶν καὶ δυνάμεων καὶ εἰκόνων νοεῖται. Τὸν δὲ θεὸν οὐ βούλει <sup>10</sup> σὺ νοεῖσθαι διὰ ἔργων καὶ δυνάμεων;

6. Κατανόησον, ὦ ἄνθρωπε, τὰ ἔργα αὐτοῦ, καιρῶν μὲν κατὰ χρόνους ἀλλαγὴν καὶ <sup>1</sup> ἀέρων τροπὰς, στοιχείων τὸν εὐτακτον δρόμον, ἡμερῶν τε καὶ νυκτῶν καὶ μηνῶν καὶ ἐνιαυτῶν τὴν εὐτακτον πορείαν, σπερμάτων τε καὶ φυτῶν καὶ καρπῶν <sup>73</sup> τὴν διάφορον καλλονήν, τὴν τε πολυποικίλον γονὴν κτηνῶν τετραπόδων καὶ <sup>2</sup> πετεινῶν καὶ ἔρπειτῶν καὶ νηκτῶν, ἐνύδρων τε καὶ ἐναλίων, ἣ τὴν ἐν αὐτοῖς τοῖς ζώοις δεδομένην σύνεσιν πρὸς τὸ γενναῖον καὶ ἐκτρέφειν, οὐκ εἰς ἰδίαν χρῆσιν ἀλλὰ εἰς τὸ ἔχειν <sup>3</sup> τὸν ἄνθρωπον, τὴν τε πρόνοιαν ἣν ποιεῖται ὁ θεὸς ἐτοιμάζων τροφὴν πάσῃ σαρκί, ἣ τὴν ὑποταγὴν <sup>4</sup> ἣν ᾄρεικεν ὑποτάσσεσθαι τὰ πάντα τῇ ἀνθρωπότητι, πηγῶν τε γλυκερῶν καὶ ποταμῶν

7. σὺν τῇ κτίσει] Fellus: cum creatione. Male. Manifesto res creatae hic designantur. Mox Grimm. (*Exeg. Hábch zu d. Apokryph. d. A. T.* Tom. VI. p. 56) scripsit ὑπὸ τῆς χειρὸς.

8. Εἶτα ... δυνάμεων] Citavit hunc locum Ioannes Dam. in *Sacr. Parall.* p. 339 sub nomine Θεοφίλου. In codice Veneto Bibliothecae Marcianae membran. 138 (saec. XI), qui Parallela continet et a me collatus est, fol. 61, b affertur sic: Θεοφίλου ἐκ τοῦ ἰ κερ. Idem locus p. 787 exstat sub nomine „Theophili Alexandrini.“ Videtur (Merano non restat scrupulus) eum imitatus esse Irenaeus Adv. haeres. II. c. 6. §. 2,

ubi Gnosticos supremum quemdam et omnibus ignotum deum fingentes eodem refellit argumento, atque Gentiles Theophilus. „Aut numquid hi,“ inquit, „qui sub Romanorum imperio sunt, quamvis nunquam viderint imperatorem, sed valde et per terram et per mare separati ab eo, cognoscent, propter dominium [= διὰ νόμων κτλ.], eum qui maximam potestatem habet principatus; qui autem super nos erant angeli, vel ille quem mundi fabricatorem dicunt, non cognoscent omnipotentem?“ Etiam Theophilus voce βασιλεὺς (c. 11. n. 5) potissimum ad imperatorem romanum respicit.

9. πᾶσιν] Codd. msti; sed Fell.

creatura continetur manu dei; quemadmodum igitur granum mali punici intus inclusum non potest videre ea quae sunt extra corticem, quum ipsum sit intus, ita neque homo, qui una cum omni creatura continetur manu dei, potest videre deum. Porro rex terrenus existere creditur, quamvis non ab omnibus videatur, sed ex legibus et institutis suis et magistratibus et copiis et imaginibus cognoscitur. Deum vero tu non vis intelligere ex eius operibus et facinoribus?

6. Considera, o homo, eius opera, tempestatum statim temporibus vicissitudinem et aeris mutationes, astrorum bene ordinatum cursum, dierum et noctium et mensium et annorum bene ordinatum incessum, seminum et plantarum et fructuum variam pulchritudinem, multiplicem prolem pecudum quadrupedum et volatiliam et reptilium et natatiliam, tum fluvialium tum marinorum, nec non inditum ipsis animalibus instinctum generandae et alendae prolis, non ad suos sed ad hominis usus, insuper providentiam quam exercet deus cibum parans omni carni, tum servile obsequium quod humano generi ab omnibus praestari iussit, item dul-

Wolf. Humphr. pariter atque Ioann. Dam. *πᾶσι*.

10. *σὺ*] Ioann. Dam. p. 339 (et in Ven. 138) omisit. Mox idem p. 787 *νοῦσαι* pro *νοῦσθαι*. Utrouque loco non *διὰ* sed *δι'* offert.

1. *ἀέρων*] Ven. et Bodl., omnesque editores; excipias Fell. et Wolf.: *ἀστέρων* ille perperam substituit (illico enim *στοιχείων* fit mentio: c. 4. n. 9), idque hic recepit. Etiam apud Thucydidem *τροπή περὶ τὸν αἴερα* legitur et apud Clementem Alex. *ἀέρων μεταβολή*.

2. *πετεινῶν*] Ven. *πετηνῶν*, sed corrector *εἰ* supra *η* scripsit. Cf. lib. II. c. 8. n. 28.

3. *τ. ἄνθρ., τὴν τε πρόν.*]

Heumann. (Poecil. T. I. p. 510) electo commate iubet legi *τ. ἄνθρ. τὴν τε πρόν.*, quae reddit sic: *ut habeat homo victum*. Nimirum voci *προνοίας* novum significatum tribuit, quem, ut iam anonymus in Biblioth. Lubec. Vol. II. p. 231 monuit, frustra in graecis scriptoribus requires. Et quid hoc est dicere: „ut habeat homo victum, quem parat deus, omni carni cibum suppeditans“? Insuper obstat *τε* particula. Pendent haec quoque verba, *τὴν τε πρόνοιαν*, a praecedenti *κατανόησον*.

4. *ἦν*] Heumann. l. c. *ἦ* obtrudit. Pro *ᾤριεν* (Ven.) vulgo *ᾤριεν* legitur; corrector in Ven. *σ* supra *κ* posuit. *Τὰ πάντα* h. e. *ζῶα*.

<sup>5</sup> ἀενάων φύσιν, δρόσων τε καὶ ὄμβρων καὶ ὑετῶν τὴν κατὰ και- B  
 ροὺς γινομένην ἐπιχορηγίαν, τὴν <sup>6</sup> οὐρανίων παμποικίλιον κίνησιν,  
<sup>7</sup> Ἐωσφόρον ἀνατέλλοντα μὲν καὶ προσημαίνοντα ἔρχεσθαι τὸν  
 τέλειον φωστῆρα, σύνδεσμόν τε Πλειάδος καὶ Ὠρίωνος, Ἄρκτου-  
 ρόν τε καὶ τὴν τῶν λοιπῶν ἄστρον <sup>8</sup> χορείαν γινομένην ἐν τῷ  
 κύκλῳ τοῦ οὐρανοῦ, οἷς <sup>9</sup> ἡ πολυποικίλος σοφία τοῦ Θεοῦ <sup>10</sup> πᾶ-  
 σιν ἴδια ὀνόματα κέκληκεν. Οὗτος Θεὸς μόνος <sup>11</sup> ὁ ποιήσας ἐκ **10**  
 σκότους φῶς, <sup>12</sup> ταμεῖά τε νότου καὶ θησαυροὺς ἀβύσσου καὶ C  
 ὄρια θαλασσῶν χιόνων τε καὶ χαλαζῶν θησαυροὺς, <sup>13</sup> συνάγων  
 ὕδατα ἐν θησαυροῖς ἀβύσσου <sup>14</sup> καὶ τὸ σκότος ἐν θησαυροῖς αὐ-  
 τοῦ καὶ <sup>15</sup> ἐξάγων τὸ φῶς τὸ γλυκὺ καὶ τὸ ποθεινὸν καὶ ἐπι-  
 ταρπῆς ἐκ θησαυρῶν αὐτοῦ, ἀνάγων νεφέλας ἐξ ἐσχάτου τῆς γῆς  
 καὶ ἀστραπᾶς πληθύνων εἰς ὑέτόν, ὁ ἀποστέλλων τὴν βροντὴν  
<sup>16</sup> εἰς φόβον καὶ προκαταγγέλλων τὸν κτύπον τῆς βροντῆς διὰ  
 τῆς ἀστραπῆς, ἵνα μὴ ψυχὴ αἰφνιδίως ταραχθεῖσα ἐκψύξη, ἀλλὰ  
 μὴν καὶ τῆς ἀστραπῆς τῆς κατερχομένης ἐκ τῶν οὐρανῶν τὴν D  
 αὐτάρκειαν ἐπιμετρῶν πρὸς τὸ μὴ ἐκκαῦσαι τὴν γῆν· εἰ γὰρ λά-  
 βοι <sup>17</sup> τὴν κατεξουσίαν ἡ ἀστραπή, ἐκκαῦσει τὴν γῆν, εἰ δὲ καὶ  
 ἡ βροντὴ, καταστρέψει τὰ ἐν αὐτῇ.

5. ἀενάων] Ven. et Bodl., Gesn. Duc. Mor.; ἀεννάων caeteri editi. male fecerunt. Cf. Hermann. ad Eurip. Ion. 1083 et Pape Lex. gr. T. I. p. 37. Caeterum Ven. φύσιν, sed corrector circumflexum in acutum mutavit.

6. οὐρανίων] Ven. et Bodl. οὐράνιον.

7. Ἐωσφόρον ... Ἄρκτουῖρον] Coll. Iob. 9, 9.

8. χορείαν] Uterque cod. mstus; χορείαν editi. Illa vox tropice de cursu astrorum dicitur: Varr. ap. Nonn. c. 6. §. 16 et Manil. Astron. I. 669.

9. ἡ πολυπ. σοφία τ. θ.] Ephes. 3, 10.

10. πᾶσιν ἴδ. ὀνόμ. κέκλ.] Ps. 146, 4. Cf. lib. II. c. 13. p. 93 A.

11. ὁ ποιήσας ἐκ σκ. φῶς] Codd. msti et editi addunt ὁ ἐξαγαγὼν φῶς ἐκ θησαυρῶν αὐτοῦ, quae verba eieci, quum librariorum errore textui sint infulta. Nam 1<sup>o</sup>. sententiarum ordinem turbant, 2<sup>o</sup>. nexum grammaticam tollunt, quia non ἐξαγαγὼν sed ποιήσας in ταμεῖά τε νότον κτλ. convenit, 3<sup>o</sup>. eadem paullo post habes: ἐξάγων τὸ φῶς τὸ γλυκὺ ... ἐκ θησαυρῶν αὐτοῦ: accommodatissime ad seriem orationis.

12. ταμεῖά τε νότου] Iob. 9, 9.

13. συνάγων ... ἀβύσσου] Ps. 32, 7. Fortasse hic ante συνάγων et dein ante ἀνάγων concinnitatis gratia (comp. c. 7 init.) articulus ὁ reponendus est.

14. καὶ τὸ σκότος] Codd. msti

cium fontium et flaviorum perennium fluxus, roris et imbrium et pluviarum copiam statis temporibus suppeditatam, corporum coelestium varium motum, Luciferum exorientem et perfecti astri adventum praenunciantem, Pleiadis et Orionis coniunctionem, Arcturum et caeterorum astrorum choream quae peragitur in coeli circulo, quibus omnibus multivaria dei sapientia propria nomina imposuit. Hic deus solus est qui fecit lucem ex tenebris, nec non receptacula austri et thesauros abyssi et terminos marium ac nivis et grandinis thesauros, qui congregat aquas in thesauris abyssi et tenebras in thesauris suis et profert suavem et desiderabilem et iucundam lucem e thesauris suis, qui educit nubes ab extremo terrae et fulgura multiplicat in pluviam, qui emittit tonitrua ad terrorem et praenuntiat eius fragorem fulgure, ne anima subito turbata deficiat, quinimmo etiam fulguris vim e coelo erumpentis ita temperat ut ne terram comburat; nam si fulgur impetui suo permitteretur, combureret terram, etiam tonitrua si sibi permitteretur, subverteret quae in ea sunt.

et edili καὶ συνάγων τὸ (Mor. errore καὶ pro τὸ) σκότος. Iam Maranus: „Redundat verbum συνάγων, sive Theophili, sive, quod libentius crediderim, librariorum incuria.“

15. ἐξάγων ... θεοῦ αὐτοῦ et ἀνάγων ... θεοῦ] Ier. 10, 13 (51, 16). Ps. 134, 7.

16. εἰς φόβον] Ita gentiles ad tonitrua expavescere solebant. Tertullianus Ad Scapul. c. 2: „Nos unum deum colimus, quem omnes naturaliter nostis, ad cuius fulgura et tonitrua contremiscitis.“ De Augusto id testatum reliquit Suetonius in vita eius c. 96, de Tiberio c. 69, de Caligula c. 51, nec minus de Nerone. Cf. Senecam Quaest. natur.

lib. II. In sequentibus Theophilus varia memorat documenta providentiae divinae circa fulgura et tonitrua, qualia et Seneca l. c. agnoscens c. 31 ait: „Mira fulminis, si intueri velis, opera sunt, nec quicquam dubii relinquentia quin divina insit illis et subtilis potentia.“ Wolfius.

17. τὴν κατεξουσίαν] Ita Wolf. et Maran. ex coniectura, provocantes ad κατεξουσιάζειν Matth. 20, 25 et Marc. 10, 42; adde Phot. Epist. p. 216. 307 et Anecd. ed. Boisson. Vol. V. p. 280. Ita etiam Ven. et Bodl. Caeteri editt. τὴν κατ' ἐξουσίαν. Maranus praeter necessitatem τὸ κατ' ἐξουσίαν coniecit legendum.

7. Οὗτός μου θεός ὁ τῶν ὅλων κύριος, <sup>1</sup> ὁ τανύσας τὸν 11 οὐρανὸν μόνος καὶ θεὸς <sup>2</sup> τὸ εὖρος τῆς ὑπ' οὐρανόν, <sup>3</sup> ὁ συνταράσσων τὸ κύτος τῆς θαλάσσης καὶ ἠχῶν τὰ κύματα αὐτῆς, <sup>4</sup> ὁ δεσπόζων τοῦ κράτους αὐτῆς καὶ τὸν σάλον τῶν κυμάτων καταπραϋνῶν, <sup>5</sup> ὁ θεμελιώσας τὴν γῆν ἐπὶ τῶν ὑδάτων καὶ δούς 74 πνεῦμα τὸ τρέφον αὐτήν, οὗ ἡ πνοὴ ζωογονεῖ τὸ πᾶν, <sup>6</sup> ὃς ἐὰν συσχηῖ τὸ πνεῦμα παρ' ἑαυτῷ ἐκλείπει τὸ πᾶν. Τοῦτον λαλεῖς, ἄνθρωπε, <sup>7</sup> τούτου τὸ πνεῦμα ἀναπνεῖς, τοῦτον ἀγνοεῖς. Τοῦτο δέ σοι συμβέβηκεν διὰ τὴν τύφλωσιν τῆς ψυχῆς καὶ <sup>8</sup> πῶρῳσιν τῆς καρδίας σου. Ἄλλὰ εἰ βούλει, δύνασαι θεραπευθῆναι· ἐπίδος σεαυτὸν τῷ ἱατρῷ, καὶ παρακεντήσει σου τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς ψυχῆς καὶ τῆς καρδίας. Τίς ἐστὶν ὁ ἱατρός; <sup>9</sup> Ὁ θεός, ὁ θεραπεύων καὶ ζωοποιῶν διὰ τοῦ λόγου καὶ τῆς σοφίας. Ὁ θεός 12 διὰ τοῦ λόγου αὐτοῦ καὶ τῆς σοφίας ἐποίησε τὰ πάντα· <sup>10</sup> τῷ B γὰρ λόγῳ αὐτοῦ ἐστρεψάθησαν οἱ οὐρανοὶ καὶ τῷ πνεύματι αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν. Κρατίστη ἐστὶν ἡ σοφία αὐτοῦ· <sup>11</sup> ὁ θεός τῇ σοφίᾳ ἐθεμελίωσε τὴν γῆν, ἠτοίμασε δὲ οὐρανοὺς φρονήσει, ἐν αἰσθήσει ἄβυσσοι ἐξῆγάγησαν, νέφη δὲ ἐξῆύθησαν δρόσους. Εἰ ταῦτα νοεῖς, ἄνθρωπε, ἀγνώσ καὶ ὀσίως καὶ δικαίως

1. ὁ τανύσας τ. ο. μόνος] Iob. 9, 8.

2. τὸ εὖρος τ. ὑ. οὐρανόν] Iob. 38, 18. Gesn. Duc. Mor. pro εὖρος (sic Ven. et Bodl.) mendose σύρος, ex quo Fell. γύρος (non γῦρος scripsit) fecit, Mar. εὐρός, id quod cum Wolfio mutavit Humphr. in εὖρος. Non οὐρανόν (Wolf. Mar. Humphr.) habet Ven., sed (caett. editt.) οὐρανῶν. Iam corrector supra ὦν scripsit ὄν. Cf. c. 12. n. 5.

3. ὁ συνταράσσων ... κύμ. αὐτῆς] Ps. 64, 7. Pro κύτος in Ven. (sic et Bodl. et editt.) corrector recte κύτος reposuit. Etiam in aliis codd. frequens est iste error: cf. Stephan. Thesaur. gr. ling. ed. Hase Vol. IV. p. 2163.

4. ὁ δεσπόζων ... καταπραϋνῶν] Ps. 88, 9.

5. ὁ θεμελιώσας ... ὑδάτων] Ps. 23, 2.

6. ὃς ... τὸ πᾶν] Iob. 34, 14: εἰ γὰρ βούλοίτο συνέχειν καὶ τὸ πνεῦμα παρ' αὐτῷ κατασχεῖν, τελευτήσῃ πᾶσα σὰρξ. Cf. c. 5. n. 6. Ibidem (adde c. 3. n. 6) etiam dixi quid praecedentia verba οὗ ἡ πνοὴ valeant; Rich. Ehlers (Philosophia antiqua in doctrina Apologetarum sec. II, Gott. 1869. 4<sup>o</sup>, p. 61) οὗ ad πνεῦμα censuit referendum esse.

7. τούτου] Uterque cod. mstus. Gesnerus operarum errore τούτο (sic), ex quo Duc. Mor. Fell. τοῦτο effecere, pro τούτου (caett. editt.). Fortasse antea non τοῦτον sed τού-

7. Hic meus deus est universorum dominus, qui coelum extendit solus et statuit orbis terrae latitudinem, qui conturbat profundum maris et sonum fluctuum eius excitat, qui dominatur potestati eius et motum fluctuum mitigat, qui fundavit terram super aquas et spiritum eam nutrientem largitur: cuius halitus vivificat hoc universum, quem si apud se retineat deficiet hoc universum. Hunc loqueris, homo, huius spiritum ducis: hunc ignoras. Hoc autem tibi accidit ob animae caecitatem et cordis callum. Sed si vis, potes sanari: da te medico, et punget tuos animae et cordis oculos. Quis est iste medicus? Deus qui per logon et sapientiam sanat et vivificat. Deus per logon et sapientiam condidit universa; nam *logo eius firmati coeli et spiritu eius omnis exercitus eorum*. Praestantissima est sapientia eius; *deus sapientiâ terram fundavit, coelos praeparavit prudentiâ, in sensu disrupti sunt abyssi, nubes effuderunt rores*. Haec si intelligis, homo, pure et sancte et iuste vivens, potes

τω (Maran.: „huius spiritu loqueris“<sup>4</sup>) legendum est. „Apte adderetur καὶ ante τοῦτον ἀγνωστῆς“, ex Marani sententia. Hosmann.: „und da kennest ihn doch nicht.“ Sed nulla subest istius additionalis necessitas.

8. πάρωσιν] Sic cum Wolf. et Humphr. scripsi; Mar. παρωσιν. Caeteri πήρωσιν. Etiam Ven. et Bodl. πήρωσιν, sed in Bodl. supra ἢ positum est ω. Illa formula πάρωσις τῆς καρδίας, lib. II. c. 35 repetita (ubi codd. recte πάρωσιν offerunt: vide n. 16), in versione τῶν σ' et in N. T. passim occurrit. Cf. Ephes. 4, 18: ἔσκοτισμένοι τῇ διανοίᾳ ὄντες, ἀπηλλοτριωμένοι τῆς ζωῆς τοῦ Θεοῦ, διὰ τὴν ἀγνοίαν τὴν ὄσαν ἐν αὐτοῖς, διὰ τὴν πάρωσιν τῆς καρδίας αὐτῶν.

9. Ὁ θεὸς ... δ. τ. λόγον κ. τῆς σοφίας κτλ.] Est hic σοφία i. q. spiritus sanctus. Nec erat cur Hagenbachius *Lehrb. d. Dogmengesch.* P. I. ed. 2. p. 106 dabitaret. Cf. lib. II. c. 10. n. 6. 9 et c. 15. n. 10. Ad illud τῆς σοφίας in marg. Bodl. a manu recentiori αὐτοῦ additur.

10. τῶ ... αὐτῶν] Ps. 32, 6. Verba πᾶσα ἢ δύναμις αὐτῶν. Κρατίστη ἐστὶν ἡ σοφία αὐτοῦ, a Ven. et Bodl. suppeditata, Gesn. Duc. Mor. praetermiserunt. Errorem peperit iteratum αὐτοῦ. Maranus ἐστὶν post κρατίστη mendosae omisit; pariter Humphr.

11. ὁ θεὸς ... δρόσουσ] Prov. 3, 19—20. Ven. τῆς σοφίας, sed corrector utrumque ε erasit, τῆ σοφία ut legatur.



ζῶν, δύνασαι ὁρᾶν τὸν θεόν. Πρὸ παντός δὲ προηγεῖσθω σου ἐν τῇ καρδίᾳ πίστις καὶ φόβος ὁ τοῦ θεοῦ, καὶ τότε συνήσεις ταῦτα. <sup>12</sup> Ὅταν ἀπόθῃ τὸ θνητὸν καὶ ἐνδύσῃ τὴν ἀφθαρσίαν, τότε <sup>13</sup> ὅψῃ κατὰ ἀξίαν τὸν θεόν. <sup>14</sup> Ἀνεγείρει γάρ σου τὴν σάρκα C ἀθάνατον σὺν τῇ ψυχῇ ὁ θεός· καὶ τότε ὅψῃ γενόμενος ἀθάνατος <sup>15</sup> τὸν ἀθάνατον, ἐὰν νῦν πιστεύσῃς αὐτῷ, καὶ τότε ἐπιγνώσῃ ὅτι ἀδίκως κατελάλησας αὐτοῦ.

8. <sup>1</sup> Ἀλλὰ ἀπιστεῖς νεκροὺς ἐγείρεσθαι. <sup>2</sup> Ὅταν ζῆσαι, τότε πιστεύσεις θέλων καὶ μὴ θέλων· <sup>3</sup> καὶ ἡ πίστις σου εἰς ἀπιστίαν λογισθήσεται, ἐὰν μὴ νῦν πιστεύσῃς. Πρὸς τί δὲ καὶ ἀπιστεῖς; <sup>13</sup> H οὐκ οἶδας ὅτι ἀπάντων πραγμάτων <sup>4</sup> ἡ πίστις προηγείται; <sup>Τίς</sup>

12. Ὅταν ... ἀφθαρσίαν] Coll. 1 Cor. 15, 53 sq. 2 Cor. 5, 4. In editis ante Maran. male interpungebatur: καὶ τότε συνήσεις ταῦτα ὅταν ... ἀφθαρσίαν. τότε ὅψει (sic) κτλ. Wolf. edidit ἀπόθῃς et ἐνδύσῃς sine ratione, pro codd. ἀπόθῃ et ἐνδύσῃ.

13. ὅψῃ] Id Ven. hic et paullo post praebet pro ὅψει, quod in Bodl. et in edit. comparet. Etiam corrector in Ven. εἰ supra η posuit. Cf. de illa forma (Matth. 27, 4. Ioann. 1, 51. 11, 40 ed. Lachm. et Tischend.) Buttman. Gramm. d. neutest. Spr. p. 37. Idem Ven. κατὰ ἀξίαν, at editt. κατ' ἀξίαν.

14. Ἀνεγείρει] Grabius malebat ἀναγερεῖ. Wolfius. Sed usitatum est praesens, cum certa et explorata res promittitur. Maranus. — Verba σὺν τῇ ψυχῇ Arth. Ashl. Sykes (An Enquiry, when the Resurrection of the Body or Flesh was first inserted in the public Creeds. Lond. 1757; coll. Biblioth. Britannic. Lipsiae edit. Vol. II. p. 504 sq.) ita ad ἀνεγείρει refert ut sine haesitatione pronuntiet Theophilum existimasse animam cum corpore morte

simul extingui. Etiam Maranus sic interpretatur ut anima cum corpore excitari et resurgere dicatur; „saepe enim sancti Patres resurrectionem animae et corporis praedicant, non quod animam ad tempus cum corpore interire suspicentur [vide quae dixi ad Tatianum c. 13. n. 1. p. 60], sed ut illius restitutionem in pristinum statum significant.“ Locus Polycarpi, ad quem hic editor provocabat, ap. Euseb. H. E. IV. c. 15. §. 33 (εἰς ἀνάστασιν ζωῆς αἰωνίου ψυχῆς τε καὶ σώματος) ambiguus est; neque huc pertinet Irenaeus IV. c. 18. §. 5, ubi vide Stieren. (p. 618). Quid? Ista verba σὺν τῇ ψυχῇ referenda sunt ad ἀθάνατον solum idque προληπτικῶς dictum (Teller. Fid. dogm. de resurr. carn., Hal. 1766, p. 87): „resuscitat carnem ut immortalitate una cum anima (quae divino virtutis praemio immortalis est) fruatur.“

15. τὸν ἀθάνατον] Ven. et Bodl., Fell. Wolf. Mar.; caeteri editt. omiserunt.

1. Ἀλλὰ ἀπ.] Heumann. (Poecil. T. I. p. 510) legerit ἀλλ' εἰ ἀπιστεῖς. Anonymus in Biblioth. Lu-

videre deum. Ante omnia vero praeceant in corde tuo fides et timor dei, tuncque haec intelliges. Quum deposueris mortale et indueris incorruptionem, tunc deum pro meritis videbis. Excitat enim tuam carnem immortalem cum anima deus: ac tunc factus immortalis immortalem videbis, si nunc ei credideris, et tunc cognosces te contra illum inique locutum esse.

8. Sed non credis mortuos excitari. Quando res eveniet, tunc credes volens nolens: et tua fides in incredulitatis loco deputabitur, nisi nunc credas. Cur vero etiam non credis? An ignoras rebus omnibus fidem praeire? Quis

bec. Vol. II. p. 233: „Recepta lectio sensum non modo tolerabilem sed et cum efficacia fundit.“

2. Ὅταν Ven.; Bodl. ὄτα. Corrector, cui ὄταν c. indic. displicuit, in Ven. mutavit in ὄτα, idemque Gesn. habet, unde in editt. omnes transit. Si quando ex usu graecitatis recentioris post ὄταν illatus est modus verbi indicativus, illud quod ἄν habet incerti plane pertinet ad ὄτα particulam, verbum autem ipsum definitam orationem habet. Cf. Hermann. ad Viger. p. 927, Klotz. ad Devar. Vol. II. p. 468 sqq. 690, Winer. *Gramm. d. noulest. Spr.* ed. 6. p. 276, Bretschneider. *Lex. man. in N. T.* ed. 3. p. 298, Wahl. *Clav. librr. V. T.* apocr. p. 363.

3. καὶ . . . λογισθήσεται] Coll. Rom. 4, 3. 5.

4. ἡ πίστις προηγείται] In hoc argumento, quod multi alii usurparunt, ut Clemens Alex. *Strom.* II [c. 2—4. 6], Origenes c. Cels. I [p. 10], Arnobius II [c. 2 sqq.], Eusebius *Praepar. ev.* I [c. 5], Cyrillus *Hieros. Cat.* 5, Theodoretus *Adv. Graec.* I, observare possumus fidei

nomine apud antiquos scriptores non modo assensum rebus revelatis, sed saepe etiam eorum quae deus promisit impetrandorum fiduciam designari. Quamvis autem immane discrimen sit inter eam fidem, quam navis gubernatori aut medico aut doctori habemus, et eam quam deo, qui proprio filio non pepercit sed pro nobis omnibus tradidit illum, habere debemus: habent tamen haec exempla ex humanis rebus repetita non parum ponderis ad refellenda ethnicorum dicteria. Sic enim in Christianorum fidem iocari solebant, quasi isti, dum magna mysteria ad credendum proponunt, a quo haec tradita et revelata minime ostenderent. Unde Celsus, postquam Christianos irrisit quod dicere solerent: μή ἐξέταξε, ἀλλὰ πιστευσον, καὶ ἡ πίστις σου σώσει σε, sic eos urget quasi haec a deo tradita esse non probarent: εἰ μὲν δὴ θελήσουσιν ἀποκρίνεσθαι μοι, ὡς οὐ διαπειρωμένον (πάντα γὰρ οἶδα), ἀλλ' ὡς ἐξ Ἰσου πάντων κηθομένον, εὖ ἂν ἔχοι· εἰ δ' οὐκ ἐθέλησουσιν, ἀλλ' ἐροῦσιν ὥσπερ εἰώθασιν Μὴ ἐξέταξε, ἀνάγκη αὐτοὺς ταῦτά τε

γὰρ δύναται θερίσαι γεωργός, ἐὰν μὴ πρῶτον πιστεύσῃ τὸ σπέρμα τῆ γῆ; Ἡ τίς δύναται διαπερᾶσαι ὁ τὴν θάλασσαν, ἐὰν μὴ πρῶτον ἐαυτὸν πιστεύσῃ τῷ πλοίῳ καὶ τῷ κυβερνήτῃ; Τίς δὲ κάμνων δύναται θεραπευθῆναι, ἐὰν μὴ πρῶτον ἐαυτὸν πιστεύσῃ τῷ ἰατρῷ; Ποίαν δὲ τέχνην ἢ ἐπιστήμην δύναται τις μαθεῖν, ἐὰν μὴ πρῶτον ἐπιδῷ ἐαυτὸν καὶ πιστεύσῃ τῷ διδασκάλῳ; Εἰ οὖν γεωργός πιστεύει τῆ γῆ καὶ ὁ πλεον τῷ πλοίῳ καὶ ὁ κάμνων τῷ ἰατρῷ, σὺ οὐ βούλει ὁ ἐαυτὸν πιστεῦσαι τῷ θεῷ, τοσοῦτους 75 ἀφφαβῶνας ἔχων παρ' αὐτοῦ; Ἐπρῶτον μὲν ὅτι ἐποίησέν σε ἐξ οὐκ ὄντος εἰς τὸ εἶναι. Εἰ γὰρ ὁ πατήρ σου οὐκ ἦν οὐδὲ ἡ μήτηρ, πολὺ μᾶλλον οὐδὲ σὺ ἦς ποτε. Καὶ ἔπλασέν σε ἐξ ὑγρᾶς οὐσίας μικρᾶς καὶ ἐλαχίστης φανίδος, ἣτις οὐδὲ αὐτῆ ἦν ποτε· καὶ προήγαγέν σε ὁ θεὸς εἰς τόνδε τὸν βίον. Ἐἴτα πιστεύεις τὰ ὑπὸ 14 ἀνθρώπων γινόμενα ἀγάλματα θεοὺς εἶναι ὁ καὶ ἀρετὰς ποιεῖν. Τῷ B δὲ ποιήσαντί σε θεῷ ἀπιστεῖς δύνασθαι σε καὶ ὁ μεταξὺ ποιῆσαι;

διδάξαι ὅποι' ἅττα ἐστὶν ἂ λέγουσι καὶ ὀπόθεν ἐξῆρθηκε. „Si mihi respondere voluerint, ut eos minime tentanti ac periclitanti (omnia enim novi), sed aequae omnibus consulenti, praeclare se res habebit; si vero recusabunt, dicentque quod solent *Noli disquirere*, necesse est ut doceant cuiusmodi sint quae asseverant et unde dimanarint.“ Dignissima est quae legatur Origenis responsio. *Maranus*. Cf. Io. Pearson. ad Symbol. Apost. p. 7, Th. Milles. ad Cyrill. l. c., Heinichen. ad Euseb. l. c.

5. τ. θάλασσαν] Ven. et Humphr.; caeti. τ. θάλατταν.

6. ἐαυτὸν] Ven.; corrector temere (cf. Corp. Apoll. Vol. II. p. 475, Bernhardy *Wissensch. Syntax d. griech. Spr.* p. 272, Winer. l. c. p. 136) mutavit in σεαυτὸν, idemque in omnibus editt. exstat.

7. Πρῶτον] Omnes editt. addunt particulam γάρ, quam expunxi auxilio Ven., ubi a correctore supra

lineam est collocata. Pro ἐποίησεν (Ven.) editt. ἐποίησε. lidem ἔπλασε et προήγαγε paullo post. Maranus commation *εἰ γὰρ ὁ πατήρ σου* que ad σὺ ἦς ποτε per parenthesis positum esse autumat, ut quae sequuntur καὶ ἔπλασεν et καὶ προήγαγεν a praecedente ὅτι pendeant. Male. Sententiam huius loci (primorum hominum creationem omniumque deinceps nascentium formationem ad deum referendam) quod attinet, consimillimam pronuntiarunt Iustinus alique patres; legas quae ad Iustin. De resurr. c. 5. n. 15 suppeditavi.

8. καὶ ἀρετὰς ποιεῖν] Thienemannus, qui ἀρετὰς de magnis illis que miris operibus (Pape *Lex. gr. T. I. p. 286*) intelligendum non vidit, ἀξόγητα suspicatus est legendum esse. De sententia cf. Athenagor. Supplic. p. Chr. c. 18. n. 8.

9. μεταξὺ] Clausener. verba τῷ δὲ ποιήσαντι ... ποιῆσαι reddidit:

enim agricola potest metere, nisi ante omnia semen terrae crediderit? Aut quis potest mare transmittere, nisi ante omnia se ipse crediderit navigio et gubernatori? Quis autem aegrotans potest sanari, nisi ante omnia se ipse medico crediderit? Quam artem aut disciplinam quis discere potest, nisi ante omnia tradiderit se et crediderit magistro? Igitur si credit agricola terrae et navigaturus navigio et aegrotus medico, tu non vis credere teipsum deo, a quo tanta pignora accepisti? Primum quidem quod te creavit ex nihilo ut existeres. Nam si nec pater tuus erat nec mater, multo magis ipse aliquando non eras. Atque formavit te ex humida et parva materia et minima gutta, quae et ipsa aliquando non erat: et produxit te deus in hanc vitam. Tum credis efficta ab hominibus simulacra deos esse et mirabilia facere. Deum vero qui te fecit non credis posse te etiam postea facere?

„deo conditori tuo, qui operari potest, diffidis?“ Fell. et Wolf.: „deum autem, conditorem tuum, te restituere posse dubitas?“ Maran.: „deo autem non credis facere eum posse ut te in vitam revocet?“ Humphr.: „te de integro creare posse?“ Thienemann. prorsus inepte: „von Gott aber, der dich doch erschuf, willst du nicht glauben, dass er dich wieder zerstören könne?“ Nemo editorum et interpretum exposuit quid sit obscurum illud *μεταξὺ* aut exemplo probavit. Heumannus (Poecil. T. I. p. 511) locum a librariis esse depravatum censet ac (ejecto *σε*) legendum sic: ... *δύνασθαι καὶ μείζω ποιῆσαι*, hoc sensu: „credis deos gentiles mira edere solere opera, at deum illum verum non credis etiam maiora efficere valere?“ Hac coniectura V. D. scopum deserit, quem Theophilus sibi habebat propositum, et vim argumenti infringit. Dicam

igitur quid *μεταξὺ* (lib. III. c. 21. n. 5, c. 23. n. 2, c. 26) hinc sibi velit. Scilicet apud recentiores scriptores idque perraro indicat *sequens* tempus, quod est inter id de quo sermo est et aliud (h. l. tempus iudicij) quod cogitando addi potest, = *ἐξῆς* (Hesych.), ut ap. Luc. Act. apostt. 13, 42, Plutarch. Mor. ed. Wyttenb. T. I. P. II. p. 961, Ioseph. c. Ap. I. c. 21 (*ὅν μεταξὺ ἐβασίλευσε*) et de bell. iud. V. c. 4. §. 2. Cf. Heinrichs. (p. 60), de Wette (ed. 3. p. 115), Meyer. (ed. 2. p. 254 sq.) ad Luc. I. c. — Theophilus restitutionem corporum persuadere vult Autolyco; itaque sic rem instruit: „Tu credis deorum simulacra ab hominibus fabrefacta deos esse et mira edere opera: nec tamen credis deum, qui te condidit, te aliquando refingere posse?“ Nervus argumenti in eo positus est, quod, qui hominem iam semel et antea condidit, idem

9. Καὶ τὰ μὲν ὀνόματα ὧν φῆς σέβεσθαι θεῶν ὀνόματά <sup>1</sup> ἔστιν νεκρῶν ἀνθρώπων. Καὶ τούτων τίνων καὶ ποταπῶν; Οὐχὶ Κρόνος μὲν τεκνοφάγος εὐρίσκεται καὶ τὰ ἑαυτοῦ τέκνα ἀναλίσκων; Εἰ δὲ καὶ <sup>2</sup> Δία τὸν παῖδα αὐτοῦ εἰποις, κατὰμαθε κάκεινον τὰς πράξεις καὶ τὴν ἀναστροφὴν. Πρῶτον μὲν ὅτι ἔν <sup>3</sup> Ἰδῆ ὑπὸ αἰγὸς ἀνετράφη, καὶ ταύτην σφάξας κατὰ τοὺς μύθους C καὶ ἐκδείρας ἐποίησεν ἑαυτῷ ἔνδυμα. Τὰς τε λοιπὰς πράξεις αὐτοῦ, περὶ τε ἀδελφοκοιτίας καὶ μοιχείας καὶ παιδοφθορίας, <sup>4</sup> ἄμεινον Ὅμηρος καὶ οἱ λοιποὶ ποιηταὶ περὶ αὐτοῦ ἐξηγοῦνται. Τί μοι τὸ λοιπὸν καταλέγειν περὶ τῶν υἱῶν <sup>5</sup> αὐτοῦ, Ἡρακλέα μὲν ἑαυτὸν καύσαντα, Διόνυσον δὲ μεθύοντα καὶ μαινόμενον, καὶ Ἀπόλλωνα τὸν Ἀχιλλεῖα δεδιότα καὶ φεύγοντα καὶ τῆς Δάφνης ἐφῶντα <sup>6</sup> καὶ τὸν Ἐπιάνθου μόρον ἀγνοοῦντα, ἢ Ἀφροδίτην τὴν D τιτρωσκομένην, καὶ Ἄρεα τὸν βροτολογίον, ἔτι δὲ καὶ <sup>7</sup> Ἰχῶρα φέοντα τούτων τῶν λεγομένων θεῶν; Καὶ ταῦτα μὲν <sup>8</sup> μέτριον εἰπεῖν, ὅπου γε θεὸς εὐρίσκεται <sup>9</sup> μεμελισμένος ὁ καλούμενος Ὅσιρις, οὗ καὶ κατ' ἔτος γίνονται τελεταὶ ὡς ἀπολλυμένου καὶ εὐρισκομένου καὶ κατὰ μέλος ζητουμένου· οὔτε γὰρ εἰ ἀπόλλυται νοεῖται, οὔτε εἰ εὐρίσκεται δεικνυται. Τί δὲ μοι λέγειν <sup>10</sup> Ἀττην ἀποκοπτόμενον, ἢ Ἀδωνιν ἐν ὕλῃ <sup>11</sup> δεμβόμενον καὶ κυνηγετοῦντα

eundem repetita vice formare possit. Cf. Athenagor. De resurr. c. 3. n. 1.

1. ἔστιν] Ven.; vulg. ἔστι. Deos gentilium esse ex hominibus mortuis effictos (c. 10, comp. lib. II. c. 34. n. 3) quum alii (etiam Cicero De consolatione, ap. Lactant. Institt. div. I. c. 15) professi sunt, tum Athenagoras Supplic. p. Chr. c. 29 sq. Cfr. Cudworth. System. intellect. p. 226 sq. et Gieseler. Lehrb. d. Kirchengesch. T. I. P. I (ed. 4) p. 208. De expositione quae sequitur, Καὶ τούτων τίνων καὶ ποταπῶν κτλ. (coll. lib. II. c. 8 et III. cc. 3. 8), legas ad Athenag. l. c. c. 21 a me adnotata (n. 1).

2. Δία] Ven. et Gesn. διὰ. Paulo infra Ven. et Bodl. εἶδη (Al. Buttman. Gramm. d. neutest. Spr. p. 5), sed in iis altera manus lectionem Ἰδῆ rescripsit, aliis locis quibus occurrit (lib. II. c. 3) codicibus firmatam: quare hic quoque eam servavi.

3. ἄμεινον] Bodl. in marg. ἄ μὲν: id quod Fell. et Wolf. (qui mallet ἄς μὲν pro ἄμεινον) temere textui inseruerunt. Antea Ven. παιδοφθορίας, corrector vero ε erasit.

4. αὐτοῦ] Uterque cod. mstus. Gesnerus operarum errore omisit (Clauserus agnoscit: filios eius), cum eoque Duc. Mor. Fell. faciunt.

5. καὶ τ. Ἐπιάνθου μ. ἀγν.] Quam-

9. Ac nomina quidem eorum, quos a te coli dicitas deorum, nomina sunt hominum mortuorum. Et ii quidem qui et quales fuere? Annon Saturnus liberorum vorator invenitur qui proprios liberos consumsit? Sin etiam Iovem eius filium nomines, diligenter cognosce eius actiones et vivendi rationem. Primum quidem in monte Ida nutritus est a caprea, eamque quum mactasset, ut ferunt fabulae, et pellam detraxisset, fecit sibi indumentum. Ac caetera eius facta, coitus cum sorore et adulteria et illata pueris stupra, melius Homerus et caeteri poetae describunt. Quid iam enumerem quae ad eius filios spectant, Herculem qui se concremavit, Bacchum ebrium et furem, Apollinem Achillis metu fugientem et Daphnes amatorem et Hyacinthi mortis ignarum, aut Venerem vulneratam, et Martem hominum occisorem, praeterea sanguinem ex iis quos vocatis diis fluentem? Atque haec quidem sunt dicta mediocria, quandoquidem deus invenitur membratim discerptus nomine Osiris, cuius etiam mysteria quotannis celebrantur quasi pereat et inveniatur et singula eius membra quaerantur; neque enim utrum perierit scitur, neque utrum inveniatur ostenditur. Quid dicam Attin castratum, aut Adonim in silva errantem et venantem et ab apro vulneratum, aut

vis vates haberetur. Cf. Tatian. Orat. c. 8. n. 22 et Athenag. I. c. c. 21. n. 36.

6. ἰχῶρα ... θεῶν] Hom. II. V. 340: ἰχῶρ, οἶός περ τε φέει μακάρεσσι θεοῖσιν. Cf. Clem. Al. Protr. c. 2. §. 36.

7. μέτριον σῖσιν] Fell.: haec quidem modestius dicuntur. Wolf.: „de his quidem pauca et modica dicere attinet.“ Rectius Clauser.: haec quidem quae hactenus dedimus mediocria sunt.“ Hosmann.: „dies möchte noch einigermaßen hingehen.“ Luce clarius est Theophilum levia et mediocria dicere quae antea

dixerat, quis ad graviora transit (Mar.).

8. μεμελισμένος] Clauser. male *decantatus*, pro *membratim divisus*. Cf. Athenag. I. c. c. 22 (Corp. Apoll. Vol. VII) p. 112 ibique n. 36.

9. Ἄττην] Ven.: corrector temere i supra η scripsit; Bodl. et omnes editt. Ἄττιν. Sed illa forma non spernenda (lib. III. c. 8. n. 6), ut docent quos ad Tatian. c. 8. n. 9 laudavi.

10. δεμβόμενον] Scholion in marg. Ven. (alia manu) et Bodl.: δεμβασμός ἢ ἀχαλινωτός ἔννοια καὶ ζῶης ἀφανισμός.

καὶ τιτρωσκόμενον ὑπὸ σούς, <sup>11</sup> ἢ Ἀσκληκίον κεραινούμενον, καὶ Σάραπιν τὸν ἀπὸ Σινώπης φυγάδα εἰς Ἀλεξάνδρειαν γεγονότα, ἢ τὴν Σκυθίαν Ἀρτεμιν καὶ αὐτὴν φυγάδα γεγυῖαν καὶ ἀνδροφόνον καὶ <sup>12</sup> κυνηγέτιν καὶ τοῦ Ἐνδομίωνος ἐρασθεῖσαν; Ταῦτα γὰρ οὐχ ἡμεῖς φαμεν, ἀλλὰ οἱ καθ' ἑμᾶς <sup>13</sup> συγγραφεῖς καὶ ποιηταὶ κηρύσσουσιν.

76

10. <sup>1</sup> Τί μοι λοιπὸν καταλέγειν τὸ πλῆθος ὧν σέβονται ζώων <sup>15</sup> Αἰγύπτιοι, ἐρπετῶν τε καὶ κτηνῶν καὶ θηρίων καὶ πτευνῶν καὶ ἐνύδρων νηπιῶν, ἔτι δὲ καὶ ποδόνηπτρα καὶ ἦχους αἰσχύνης; Εἰ δὲ <sup>2</sup> καὶ Ἕλληνας εἰποις καὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη, σέβονται λίθους καὶ ξύλα καὶ τὴν λοιπὴν ὕλην, <sup>3</sup> ὡς ἔφθημεν εἰρημένα, ἀπεικονίσματα νεκρῶν ἀνθρώπων. Φειδίας μὲν γὰρ εὐρίσκειται ἐν <sup>4</sup> Πείσῃ ποιῶν Ἕλαιοις τὸν Ὀλύμπιον Δία, <sup>5</sup> καὶ Ἀθηναίοις ἐν ἀκροπόλει τὴν Ἀθηνᾶν. Πεύσομαι δέ σου κἀγὼ, ὦ ἄνθρωπε, Β <sup>6</sup> πόσοι Ζῆνες εὐρίσκονται· Ζεὺς μὲν γὰρ ἐν πρώτοις προσαγο-

11. ἢ Ἀσκλ. κερ.] Haec a Gal- landio (ut in edit. Mar. Veneta) er- rore praetermissa sunt.

12. κυνηγέτιν] Ven. (et Bodl. ?) et ex coniectura Wolf. Mar. Humphr.; caelit. edit. κυνηγέτην. Cf. Polluc. V, 13.

13. συγγραφεῖς] Interdum hoc nomine generatim omnes scripto- res designat Theophilus, velut lib. II [c. 12: πολλοὶ τῶν συγγραφέων — c. 32; comp. c. 38, lib. III. cc. 17. 20. 29] et lib. III. c. 1. [Etiam τοὺς συγγράφοντας vocat lib. III. c. 2.] Sed hoc loco [ut lib. II. c. 30] συγγραφεῖς qui a poetis distinguuntur non alii videntur esse quam hi- storici [ut Wolfius quoque nota- vit], nec ad alios pertinet haec anti- quarum rerum licet fabulosa nar- ratio. Sic etiam vocantur historici lib. II [c. 8 et] c. 12 et a poetis et philosophis distinguuntur. Δοκεῖ δὲ τὰ ὑπὸ τῶν φιλοσόφων ἢ συγγρα-

φέων καὶ ποιητῶν εἰρημένα ἀξιο- πιστα μὲν εἶναι. Si quis dubitet his verbis ἢ συγγραφέων historicos significari, attentius legat haec Theo- phili verba ex c. 33: Τίς οὖν ... τῶν καλουμένων σοφῶν καὶ ποιη- τῶν ἢ [leg. καὶ] ἱστοριογράφων. Maranus. Cf. lib. II. c. 5. n. 1. Humphr. κηρύσσουσι, absque v.

1. Τί μοι κτλ.] Pro λοιπὸν (c. 9, lib. II. cc. 8. 14) alibi τὸ λοι- πὸν (lib. III. cc. 3. 6) dicit. Hunc cultum animalium Aegyptiis sue- tum, de quo vide Herod. II. c. 65 sq. coll. M. Uhlemann. *Handb. d. ges. ägypt. Alterthumskunde* T. II. Lips. 1857. p. 202 sqq., castigabant vete- rum patrum permulti. Cf. Athenag. Supplic. p. Chr. c. 1. n. 11. Ipsi gentilibus ludibrio erat: Iuven. Sat. 15 et Lucian. De sacrif. 14. Ante νηπιῶν censet Wolfius part. καὶ ex- cidisse, provocans ad verba c. 6 καὶ νηπιῶν, ἐνύδρων τε καὶ ἐναλίων,

Aesculapium fulmine percussum, et Serapin Sinope profugam Alexandriam, aut Dianam Scythicam et ipsam profugam et homicidam et venatricem et Endymionis amore captam? Haec enim non a nobis dicuntur, sed a vestris historicis et poetis praedicantur.

10. Quid iam enumerem multitudinem animalium quae ab Aegyptiis coluntur, reptilium et pecudum et ferarum et volatilium et natatilium fluvialium, insuper vero etiam pelves et inhonestos sonos? Sin et Graecos cites et caeteras gentes: colunt lapides et ligna et reliquam materiam, simulacra, ut iam diximus, mortuorum hominum. Phidias enim invenitur Pisae fecisse Eliis Olympium Iovem, et Atheniensibus in arce Minervam. Quaeram ex te, o homo, quot inveniuntur Ioves. Iuppiter enim in primis Olympius dicitur

„ubi *νηπὰ* ab *ἐνὸδροις* distinguuntur.“ Sed ex ipsis verbis a V. D. citatis nihil nostro in loco mutandum esse patet, ut iam Maranus admonuit. Nam quum duas species natatilium distinguat Theophilus, nempe fluvialium et marinarum, natatilia fluvialia vocare debuit pisces Nili ab Aegyptiis adoratos; frustra ergo diceremus natatilia et fluvialia. — De pelvi ab Aegyptiis culta (Herod. *φασὶ ἐκ τοῦ ποδαυπηῆρος τῷγαλμα γεγονέναι*) et ab aliis quoque memorata (Athenag. l. c. e. 26, Clem. Homil. X. c. 8, Minuc. Fel. Octav. c. 23. §. 9) vide quae ad Athenagoram p. 141. n. 21 exposui. Quod denique *ἤχους ἀλσχύνης* attinet, crepitus ventris hęc intelligit Theophilus. Clemens Homil. X. c. 16: *Colunt Aegyptiὶ καὶ γαστρῶν πνεύματα*. Minucius c. 28. §. 10: „Aegyptii plorisque vobis non magis Isidem quam cepa-

rum acrimoniis metuunt, nec Serapidem magis quam strepitus per pudenda corporis expressos [en tibi *ἤχους ἀλσχύνης*] contremiscunt.“ Adde Clem. Recogn. V. c. 20 (ibique Coteler.) et Hieronym. Comm. in Ies. l. XIII. c. 46.

2. καὶ] Omiserunt mendose Duc. Mor. Mar. Humphr.

3. ὡς ἐφθ. εἶρ.] C. 9 (n. 1).

4. Πείση] Ita (cf. lib. II. c. 3. n. 17) ex Ven. reposui pro vulg. Πίση. Cf. Pape *Wörterb. d. griech. Eigennamen* (Brunsv. 1842) p. 316. Pariter lib. II. c. 20 *Φεισῶν* occurrat, ubi LXX *Φισῶν* habent. Tum Ven. et Bodl. *οἶων* pro *κοιῶν*. Ven. *ἡλίοις*, sed corrector *ἡλείοις*.

5. καὶ] Ven. et Bodl., Gesn. Wolf. Gall. Caeteri editt. omiserunt.

6. πόσοι Ζήνας εἶρ.] De his qui hęc memorantur Iovibus lege scriptores mythologos tum veteres tum recentiores. Sufficit attulisse



φένεται Ὀλύμπιος καὶ Ζεὺς ἑ Λατιάριος καὶ Ζεὺς Κάσιος καὶ Ζεὺς Κεραύνιος καὶ Ζεὺς Προπάτωρ καὶ Ζεὺς Παννύχιος καὶ Ζεὺς Πολιοῦχος καὶ Ζεὺς Καπετάλιος. Καὶ ὁ μὲν ὁ Ζεὺς παῖς Κρόνου, βασιλεὺς Κρητῶν γενόμενος, ἔχει τάφον ἐν Κρήτῃ· ὁ δὲ λοιποὶ Ἰσως οὐδὲ ταφῆς κατηξιώθησαν. Εἰ δὲ καὶ εἴποισ ἡ τὴν ἡ μητέρα τῶν λεγομένων θεῶν, μὴ μοι γένοιτο διὰ στόματος τὰς πράξεις αὐτῆς ἐξεῖπεν (ἀθέμιτον γὰρ ἡμῖν τὰ τοιαῦτα καὶ ὀνομάζειν), ἢ τῶν θεραπόντων αὐτῆς τὰς πράξεις ἡ ὅφ' ὧν θεραπέυεται, ὅποσα τε ἡ τέλη καὶ εἰσφορὰς παρέχει τῶ βασιλεῖ αὐτῆ τε καὶ οἱ υἱοὶ αὐτῆς. Οὐ γὰρ εἰσιν θεοί, ἀλλὰ ἡ εἰδωλα, καθὼς προειρήκαμεν, ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων καὶ δαμόνια ἀνάθαρτα. ἡ Γένοιτο δὲ τοιοῦτοι οἱ ποιοῦντες αὐτὰ καὶ οἱ ἐπιζήοντες ἐπ' αὐτοῖς.

11. ἡ Τοιγαροῦν μᾶλλον τιμήσω τὸν βασιλέα, οὐ προσκυνῶν 16

Tertullianum Apolog. c. 14: „Romanus Cynicus Varro trecentos Ioves, sive Iupiteres dicendum, sine capitibus introducit.“

7. Λατιάριος] Ita Ven. et Bodl. exserte pro forma Λατιάριος (Tatian. c. 29, Euseb. De laud. Const. p. 757, Porphyr. De abstin. II. c. 56), quam hic solus Migne clam obtrudit. Etiam lib. III. c. 8 mentio fit Διὸς τοῦ Λατιαρίου. — Mox uterque cod. mstus et editt. omnes (exc. Humphr.) Κάσιος. Errorem Wolfius notavit. Ζεὺς Κάσιος, dictus a monte Casio (qui Pelusio vicinus est), ubi templum ipsi dedicatum fuit, non semel apud veteres memoratur Graecos (Stephan. Thesaur. gr. ling. ed. Hase Vol. IV. p. 1003) et Latinos (Freund. Lex. lat. ling. T. I. p. 683). — Postea Migne pro scriptura codd. mstorum et editorum haud reicienda Καπετάλιος (Steph. l. c. p. 944) tscite Καπιτάλιος textui inseruit.

8. Ζεὺς παῖς Κρόνον] Haec

scilicet fuit inscriptio sepulchri, quod in Creta habuit. Wolfius. Tradidit id Lactantius Institt. div. I. c. 11: „Et sepulcrum eius est in Creta in oppido Cnosso: ... in quo sepulcro eius est inscriptum antiquis literis graecis ZANKPONOT, id est latine: Iupiter Saturni.“

9 τ. μητέρα τῶν λεγομ. θεῶν] Cybele et Corybantes, sacerdotes eius, indicat. Thienemann. coniecit legendum τ. μητέρα τὴν λεγομένην θεῶν. Lib. III. c. 8: τῆς μητρὸς θεῶν λεγομένης. Ferri potest lectio illa ideoque debet.

10. ὅφ' ὧν θεραπέυεται] Haec Thienemann. eicienda autumat tamquam glossema ad verba τῶν θεραπόντων appositum. Antea pro ἡ (sic Ven.; de Bodl. hic incertus sum), quod ex coniectura Duc. et Wolf. legunt, stulte praebent Mor. Fell. Mar. ἡ et Gesn. ἡ.

11. τέλη καὶ εἰσφορὰς] Quod ait Theophilus de vectigalibus, quae mater deorum eiusque filii impera-

et Iuppiter Latiaris et Iuppiter Casius et Iuppiter Ceraunius et Iuppiter Propator et Iuppiter Pannychius et Iuppiter Pollicus et Iuppiter Capitolinus. Atque ille quidem Iuppiter Saturni filius, qui rex Cretensium fuit, habet sepulcrum in Creta; caeteri vero forte ne sepultura quidem dignati sunt. Si vero matrem eorum quos vocatis deorum obicias, abest ut ore efferam ipsius actiones (talìa enim ne appellare quidem nobis fas est), vel ministrorum a quibus colitur actiones, et quae vectigalia et tributa tum ipsa tum eius filii regi pendant. Non enim sunt dii, sed *simulacra*, ut supra diximus, *opera manuum hominum et impura daemonia. Tales fiant qui faciunt ea et qui spem suam in iis collocant.*

11. Regem igitur potius colam, non eum adorans, sed

tori solvebant, explicari potest ex Tertulliano, ut Maran. vidit. Ad nation. I. c. 10 (Opp. ed. Oehl. T. I. p. 326) ait: „Sed aliquo solatio privatorum et domesticorum deorum querellae iuvantur, quod publicos turpius contumeliosiusque tractetis. Iam primum, quos in hastarium regressistis, publicanis subd[idis]tis, omni quinquennio inter vectigalia vestra proscriptos addicitis. Sic Serapeum, sic Capitolium petitur, addicitur, conducitur, [ut forum,] sub eadem voce praeconis, eadem exactione quaestoris. Sedenim agri tributo onusti viliores, hominum capita stipendio censa ignorabiliora (nam haec sunt captivitatìs notae poense): dei vero, qui magis tributarii, magis sancti, immo qui magis sancti, magis tributarii. Maiestas constituitur in quaestum, negotiatio religione proscribitur, sanctitas locutionem mendicat. Exigitis mercedem pro solo templi, pro aditu sacri, pro stipibus, pro hostiis. Venditis totam

divinitatem. Non licet eam gratis coli. Plus denique publicanis refigitur quam sacerdotibus.“ Cf. Apolog. c. 13.

12. εὐδωλα ... ἔργα ἡ ἀνθρ. καὶ δαιμόνια ἀκ.] Ps. 113, 4 et 134, 15, coll. 1 Parall. 16, 26. Vid. c. 1. n. 7. — Ps. 96, 5: Οἱ θεοὶ τῶν ἔθνῶν δαίμόνια. Cf. librum meum De Epist. ad Diogn. (ed. 2) p. 17 sq. (n. 2). — Paulo ante pro εἶσιν (Ven.) vulgo εἰσι legitur.

13. Γένοιτο ... ἀντοῖς] Ps. 113, 8 et 134, 18. Cf. librum meum modo citatum p. 20.

1. Τοιγαροῦν μᾶλλον κτ.] Ante haec verba Wolfius lacunam sibi videtur perspicere, quia „deesse nonnulla et Ms. Bodl. indicat et series orationis evincit.“ At vero 1<sup>o</sup>. codex Ven. (melioris notae quam Bodl.) nequaquam indicat lacunam; 2<sup>o</sup>. series orationis facile perspicitur. Quum deorum mater eiusque filii (dii) vectigalia pendant regi (Caesari), equidem malo hunc regem,

αὐτῶ, ἀλλὰ εὐχόμενος ὑπὲρ αὐτοῦ. Θεῶ δὲ τῶ ὄντως θεῶ καὶ ἀληθεῖ προσκυνῶ, εἰδὼς ὅτι ὁ βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ γέγονεν. Ἐρεῖς οὖν μοι· <sup>2</sup> Διὰ τί οὐ προσκυνεῖς τὸν βασιλέα; Ὅτι οὐκ εἰς τὸ προσκυνεῖσθαι γέγονεν, ἀλλὰ εἰς τὸ τιμᾶσθαι τῇ νομίμῳ τιμῇ. Θεὸς γὰρ οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ ἄνθρωπος <sup>3</sup> ὑπὸ θεοῦ τεταγμένος, οὐκ εἰς τὸ προσκυνεῖσθαι, ἀλλὰ εἰς τὸ δικαίως κρίνειν. <sup>4</sup> Τρόπῳ γάρ τινι παρὰ θεοῦ οἰκονομίαν πεπίστευται· καὶ γὰρ αὐτὸς οὐς ἔχει ὑφ' ἑαυτὸν τεταγμένους οὐ βούλεται βασιλεῖς καλεῖσθαι· <sup>5</sup> τὸ γὰρ <sup>77</sup> βασιλεὺς αὐτοῦ ἔστιν ὄνομα, καὶ οὐκ ἄλλῳ ἐξόν <sup>6</sup> ἔστιν τοῦτο καλεῖσθαι· οὕτως οὐδὲ προσκυνεῖσθαι ἀλλ' ἢ μόνῳ θεῶ. Ὡστε κατὰ πάντα πλαῦσαι, ὡς ἄνθρωπε. <sup>7</sup> Τὸν δὲ βασιλέα τίμα εὐνοῶν αὐτῶ, ὑποτασσόμενος <sup>8</sup> αὐτῶ, εὐχόμενος ὑπὲρ αὐτοῦ. Τοῦτο γὰρ ποιῶν ποιεῖς τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ. Λέγει γὰρ <sup>9</sup> ὁ νόμος ὁ

quippe deorum dominum cui vectigalia pendant, colere quam istos deos adorare; nimirum ex illa conditione vectigali sequitur plus regi quam diis esse tribuendum. Apte Maranus provocavit ad Tertullianum, qui similiter, postquam gentilium deos salibus suis perfricuit, transit ad cultum Caesarum, quos potius colendos esse ait quam deos. „Ventum est,“ inquit in Apolog. c. 28 (Opp. ed. Oehler. T. I. p. 228), „ad secundum titulum laesae augustioris maiestatis, siquidem maiore formidine et callidior timiditate Caesarem observatis quam ipsum de Olympo Iovem. Et merito, si sciatis. Quis enim ex viventibus quilibet non mortuo potior?“ Cf. c. 32. p. 237. — Verbo προσκυνεῖν christiani scriptores ad solennem dei cultum indicandum utebantur. Iustinus Apol. I. c. 17: θεῶν μὲν μόνον προσκυνούμεν, ἑμῖν δὲ πρὸς τὰ ἄλλα χαίροντες ὑπηρετούμεν, βασιλεῖς καὶ ἄρχοντας ἀνθρώπων ὁμολογοῦντες

καὶ εὐχόμενοι μετὰ τῆς βασιλικῆς δυνάμεως καὶ εὐφρόνα τὸν λογισμὸν ἔχοντας ὑμᾶς εὐρεθῆναι. Caeterum constat illud verbum alias a veteribus de cultu tam civili quam religioso usurpari.

2. Διὰ ... βασιλέα] Tertullianus Ad Scapul. c. 2: „Circa maiestatem imperatoris infensamur.“ Scilicet Christiani per genium Caesaris iurare (cf. Tertull. Apol. c. 32 et Herald. ad h. l. ap. Oehl. p. 237) et statuas eius adorare nolebant (Tertull. l. c. c. 28 sqq.). Idem ille Ad nation. I. c. 17 (T. I. p. 342): „Prima obstinatio est quae secunda a dei religio constituitur Caesarianae maiestatis, quod inreligiosi dicamur in Caesares, neque imagines eorum repropitiando neque genios deierando.“

3. ὑπὸ θ. τεταγμ.] Locutio Paulina: Rom. 13, 1.

4. Τρόπῳ γάρ τινι] Illud „quodammodo“ non eo spectat ut dubia et incerta res videatur, sed quia comparisonem quamdam inter deum et

preces pro eo fundens. Deum autem qui vere et verus deus est adoro, quum regem ab eo factum sciam. Dices igitur mihi: Cur regem non adoras? Quia non ideo rex factus est ut adoretur, sed ut legitimo honore observetur. Non enim deus est, sed homo a deo constitutus, non ut adoretur, sed ut iuste iudicet. Est enim quodammodo administratio ei a deo commissa: neque ipse quos sub se praefectos habet patitur reges vocari. Est enim „rex“ ipsius nomen, quo nomine alium vocari non licet: ita neque adorari nisi solum deum. Itaque in omnibus errore duceris, o homo. Regem autem cole diligendo eum, parendo ei, orando pro eo. Hoc enim faciens voluntatem dei exsequeris. Dicit enim lex divina: *Honora fili deum et*

reges instituit Theophilus, et quemadmodum praefecti et iudices a regibus constituuntur, ita potestas regia est quaedam veluti administratio a deo commissa. — Verba οὗς ἔχει ὑφ' αὐτῶν τεταγμένους non subditos generatim designant, sed eos quibus aliquam rerum administrandaram partem committebat imperator, id est praefectos et duces et praesides. Sic Iustinus Apol. I [c. 17]: Φόρους δὲ καὶ εἰσφορὰς τοῖς ὑφ' ἡμῶν τεταγμένοις πανταχοῦ πρὸ πάντων περιώμιθα φέρειν. Hoc ipso in loco imperator dicitur ἀνθρώπος ὑπὸ θεοῦ τεταγμένος. *Maranus.*

5. τὸ γὰρ βασιλεὺς α. ἰ. 5.] Patet hinc imperatores romanos eo tempore βασιλέων titulum [c. 5. n. 8 et c. 10] sibi in proprium vendicasse. Loca veteram in hanc rem vide apud Ezech. Spanhemium De usu et praestantia numismatum p. 686 sq. et Io. Douglæum in Analectis Sacris N. T. p. 63 sq. *Wolfius.*

6. ἔστιν] Ven.; edit. praeter Gesn. ἔστι.

7. Τὸν δὲ βασ. τίμα etc.] Editiones duplex τίμα exhibent: βασιλέα τίμα, τίμα εὐνοῶν. Exciplas Maronianam et (quae ex ea pendet) Humphreianam; in illa alterum τίμα excidit incuriâ operarum (Mar. reddit: „Regem igitur cole, sed eum diligendo cole“ etc.): id quod vidit Gallandius (qui reposuit), non vero Mignius. Cum Ven. et Bodl. legendum est ut suprâ in textu. Altero τίμα „ad vim orationis“ opus esse videtur Wolfio: quod non dixerim. — De re cf. lib. III. c. 14, Iustin. Apol. I. c. 17. n. 3, Tatian. Orat. c. 4. n. 4, Athenagor. Supplic. c. 1. n. 17 et c. 37. n. 6.

8. ἀντῶ] Mor. et Fell. αὐτοῦ mendose.

9. ὁ νόμος ὁ τ. θ.] Etiam hagiographa et prophetae = lex, 1 Cor. 14, 21. *Fellus.* — Humphr. ὁ ante τ. θεοῦ errore omisit.

τοῦ θεοῦ· <sup>10</sup> Τίμα νίε θεόν και βασιλέα, και μηδενί αὐτῶν ἀπει-  
θῆς ἦς· ἐξαίφνης γάρ τίσονται τοὺς ἐχθροὺς αὐτῶν.

12. Περὶ δὲ τοῦ σε καταγελαῦν μου, καλοῦντά με Χριστιανόν, <sup>17</sup>  
οὐκ οἶδας ὃ λέγεις. Πρῶτον μὲν ὅτι τὸ <sup>1</sup> χριστόν ἡδὺ καὶ εὐ-  
χρηστον και ἀκαταγέλαστόν ἐστιν. Ποῖον γὰρ πλοῖον δύναται  
εὐχρηστον εἶναι και σώζεσθαι, <sup>2</sup> ἐὰν μὴ πρῶτον χρισθῆ; Ἡ ποῖος  
πύργος ἢ οἰκία εὐμορφος και <sup>3</sup> εὐχρηστός ἐστιν, ἐπὰν οὐ πέτρι-  
σται; Τίς δὲ ἄνθρωπος εἰσελθὼν εἰς τόνδε τὸν βίον ἢ ἀθλῶν  
οὐ χρίεται ἑλαίῳ; Ποῖον δὲ ἔργον <sup>4</sup> ἢ κόσμιον δύναται εὐμορ-  
φίαν ἔχειν, ἐὰν μὴ χρισθῆ και σπιλωθῆ; Ἐἴτα ἀήρ μὲν και  
<sup>5</sup> πᾶσα ἡ ὑπὸ οὐρανὸν τρώπη τιμὴ χρίεται φωτὶ και πνεύματι. **C**  
Σὺ δὲ οὐ βούλει χρισθῆναι <sup>6</sup> ἔλαιον θεοῦ; Τοιγαροῦν ἡμεῖς τού-  
του εἵνεκεν καλούμεθα Χριστιανοὶ ὅτι χρισόμεθα <sup>7</sup> ἔλαιον θεοῦ.

13. Ἀλλὰ και τὸ ἀρνεῖσθαι σε νεκροὺς ἐγείρεσθαι· φῆς γὰρ **18**

10. Τίμα ... αὐτῶν] Prov. 24,  
21—22.

1. χριστόν] Ven. χρηστόν. Cor-  
rector literae η superscripsit ι, ut  
χριστόν legatur. Cf. n. 3. Eamque  
formam, quae in Bodl. omnibusque  
editis comparet, censeo retinendam  
esse. Lusus enim est illarum vo-  
cum, ut c. 1, ubi vide n. 10. No-  
minis Χριστοῦ, a quo Χριστιανοί,  
ratio manifeste redditur in sequen-  
tibus ubi χρίεσθαι commemorat-  
ur: nihilo secius alluditur simul ad  
χρηστός, partim quod Christum  
gentiles Chrestum (Sueton. v. Claud.  
25; cf. Obbarius Observv. in Tac.  
Ann. 15, 44. Rudolst. 1845. 4<sup>o</sup>. p. 4)  
pronuntiabant et Christianos pariter  
Chrestianos, partim quod illa vocis  
utriusque affinitas occasionem dabat  
commodam disserendi de Christiano-  
rum conditione. Tertullianus Apolog.  
c. 3: „Christianus vero, quantum in-  
terpretatio est, de unctione deducit-  
ur; sed et cum perperam Chre-

stianus pronunciat a vobis, ... de  
suavitate vel benignitate compositum  
est.“ Ad nat. I. c. 3: „Christia-  
num vero nomen, quantum signifi-  
catio est, de unctione interpretatur;  
etiam cum corrupte a vobis Chre-  
stiani pronuntiamur, ... sic quoque  
de suavitate et bonitate modulatum  
est.“ Glossae Philoxeni: „Χρηστός,  
frugalis suavis utilis iocundus.“ Ter-  
tullianus Adv. Mar. IV. c. 17 verba  
Luc. 6, 35 αὐτός χρηστός ἐστιν ver-  
tit „ipse suavis est.“ — Pro ἐστιν  
(Ven. et Bodl.) edit. exc. Gesn. ἐστι.

2. ἐὰν μ. πρ. χρισθῆ] Das Sal-  
ben muss hier von dem Bestreichen  
der Schiffsfugen mit Oel verstanden  
werden; unser jetziges Kalfatern.  
Thienemann. Varios unctionis usus  
et commoda, quae strictim memora-  
vit Theophilus, distinctius enarravit  
Chr. Andr. Eschenbachius in Dis-  
sertatt. acad. VII. p. 339—515.

3. εὐχρηστός] Ven. εὐχριστός.  
Iam corrector ι in η mutavit.

*regem, nec iis inobediens sis; subito enim ulciscuntur inimicos suos.*

12. Quod autem me irrides, Christianum me vocans, nescis quid dicas. Primum quidem quia quod unctum est suave et utile est nec rideri debet. Quae enim navis utilis et salva esse potest, nisi prius ungetur? Aut quae turris vel domus elegans et commoda est, si uncta non fuerit? Quis est qui quum in hanc vitam editur aut in palaestram ingreditur oleo non ungetur? Quodnam opus aut ornamentum potest pulchritudinem habere, nisi ungetur et expoliatur? Tum aer et omnis quae sub coelo est terra quodammodo ungentur lumine et spirita. Tu vero non vis ungi oleo dei? Itaque nos ideo Christiani vocamur quod ungamur oleo dei.

13. Sed etiam quod mortuos excitari negas: ais enim

4. ἡ κόσμιον] Τὸ κόσμιον dicitur id quod ad ornatum inducendum adhibetur, ut patescit ex Stephan. Thesaur. gr. ling. ed. Hase Vol. IV. p. 1865. Quare inutili labore Wolfius, quocum Maranus fecit, coniecit legendum transposita ἡ coniunctione sic: κόσμον δύναται ἡ σύμορφλαν ἔχειν.

5. πᾶσα ἡ ὑπ' οὐρανόν] Stulte Thienemann. legerit πάντα ἃ [sic] ὑπ' οὐρανόν. Cf. c. 7 (n. 2). Illā Septuaginta formulā (Iob. 34, 13. 38, 18. Prov. 8, 26. 28 al.) Theophilus etiam lib. II. c. 13 utitur: ἐφώτισεν τὴν ὑπ' οὐρανόν. Caeterum vide c. 5. n. 6.

6. ἔλαιον] Ven. ἔλαιος. Corrector vero  $\zeta$  in  $\nu$  mutavit et supra lineam scripsit ἐλέφ. Cf. Winer. Gramm. d. neutest. Spr. ed. 6. p. 202. Paulo post Galland. (c. Mar. edit. Ven.) ἐνεκεν, non εἴνεκεν.

7. ἔλαιον] Ven. ἔλεος. Cor-

rector supra lineam posuit ἔλαιον. Recte, quum haec verba ad praecedentia respiciant: Σὺ δ. ο. β. ζϞ. ἔλαιον θεοῦ; Censet Moshemius (Sireiltheologie d. Christ. T. II. Erl. 1763. 4<sup>o</sup>. p. 689 sq. comp. Münscher. Hdbch d. chr. Dogmengesch. ed. 2. P. I. p. 188) Theophilum loqui de unctione spiritali; ad corporis unctionem in baptismo (Tertull. De bapt. c. 7, Adv. Marc. I. c. 14, De resurr. carn. c. 8) Humphreius provocat. Incertus est Io. Kaye, episc. Lincoln.: Some Account on the Writings and Opinions of Justin Martyr. Ed. 3 (Lond. 1853) p. 196. Unum addo. Tertullianus quoque, etsi nomen christianum ducit a chrismate (vide supra n. 1), tamen — id quod pariter de Theophilo videtur statuendum esse — veram eius originem non ignerat: cf. Adv. Marc. IV. c. 14: „nomen Christianorum utique a Christo deductum.“

<sup>1</sup> Δειξόν μοι κἄν ἕνα ἐγεγθέντα ἐκ νεκρῶν, ἵνα ἰδῶν πιστεύσω· πρῶτον μὲν τί μέγα, εἰ θεασάμενος τὸ γεγονός <sup>2</sup> πιστεύσης; Ἔϊτα πιστεύεις μὲν Ἡρακλῆα καύσαντα ἑαυτὸν ζῆν καὶ Ἀσκληπιὸν κεραυνωθέντα ἐγγεγθῆαι. Τὰ δὲ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ σοι λεγόμενα ἀπιστεῖς; <sup>3</sup> Ἴσως καὶ ἐπιδείξω σοι νεκρὸν ἐγεγθέντα καὶ ζῶντα, καὶ D τοῦτο ἀπιστήσεις. Ὁ μὲν οὖν θεὸς σοι <sup>4</sup> πολλὰ τεκμήρια ἐπιδεικνυσιν εἰς τὸ πιστεύειν αὐτῷ. Ἐὶ γὰρ βούλει, <sup>5</sup> κατανόησον τὴν τῶν καιρῶν καὶ ἡμερῶν καὶ νυκτῶν τελευτήν, πῶς καὶ αὐτὰ τελευτᾶ καὶ ἀνίσταται. <sup>6</sup> Τί δὲ καὶ οὐχὶ ἡ τῶν σπερμάτων καὶ καρπῶν γινόμενη ἐξανάστασις, καὶ τοῦτο εἰς τὴν χρῆσιν τῶν ἀνθρώπων; <sup>7</sup> Ἐὶ γὰρ τύχοι εἰπεῖν, κόκκος σίτου ἢ τῶν λοιπῶν σπερμάτων, ἐπὰν βληθῆ ἰς τὴν γῆν, πρῶτον ἀποθνήσκει καὶ λύεται, ἔϊτα ἐγίγεται καὶ γίνεται στάχυς. Ἡ δὲ τῶν δένδρων καὶ 78 ἀκροδρύων φύσις, πῶς οὐχὶ κατὰ πρόσταγμα Θεοῦ ἐξ ἀφανοῦς καὶ ἀοράτου κατὰ καιροῦς <sup>8</sup> προφέρουσιν τοὺς καρπούς; Ἔτι μὴν ἐνίοτε καὶ στρουθίον ἢ τῶν λοιπῶν πετεινῶν, <sup>9</sup> καταπιὸν σπέρμα

1. Δειξόν ... πιστεύσω] S. Iustinus Apol. I. c. 19: διὰ τὸ μήπω θεωρεῖσθαι ὑμᾶς ἀναστάντα νεκρῶν ἀπιστία ἔχει.

2. πιστεύσης] Ven.; corrector ei supra η scripsit. Editt. ut Bodl. πιστεύσεις. Solus Humphr. in πιστεύεις mutavit. De εὶ particula cum conjunctivo posita adeas Hermann. De part. ἄν p. 96 sq. et ad Soph. Ai. v. 491, Bornemann. et Krüger. ad Xenoph. Anab. III. c. 1. §. 36. c. 2. §. 22, Bremi ad Aeschin. Orat. I. p. 171, Klotz. ad Devar. Vol. II. p. 499 sqq. Frequentior omnino est hic usus apud posteriores scriptores; cf. Iacob. ad Lucian. Toxar. p. 52, Iacobitz. Ind. p. 473, Schaefer. Ind. ad Aesop. p. 131, Meyer. ad 1 Cor. 9, 11 (ed. 2. p. 186), Thilo ad Act. Thom. p. 23.

3. Ἴσως καὶ ἐπιδ. σοι νεκρὸν ἐγεγθ.] Ex his et antecedentibus

verbis Henr. Dodwell subnata est occasio suspicandi quod inde a Marci temporibus inter cetera χαρίσματα, quae apostolis erant concessa, vis mortuos resuscitandi defecerit, quia Autolyco unum excitati exemplum requirenti Theophilus ita respondeat. Vide eius Dissert. II in Irenaeum §. 44. Wolfius. Sed Dodwellum Irenaeus ipse refellit, qui, cum aequalis sit Theophilo ac paulo post eum scripserit, testatur aetate sua mirabilem copiam donorum spiritus sancti adhuc vigere et mortuorum resurrectiones inter haec miracula recenset. „Iam etiam“, inquit, „quemadmodum diximus, et mortui resurrexerunt et perseverarunt nobiscum annis multis.“ Lib. II. c. 32. §. 4. Vid. c. 31. §. 2. Maranus.

4. πολλὰ τεκμήρια] Argumentum resurrectionis ex analogiis naturae petitum, ad quod auctor transit

Ostende mihi saltem unum ex mortuis excitatum, ut credam quum videro: primum quidem quid magni praestabis, si tum credas quum rem factam videris? Tum credis Herculem qui se ipse combussit vivere et Aesculapium fulmine percussum in vitam revocatum. Quae vero tibi a deo dicuntur ea non credis? Fortasse etiam ostendam tibi mortuum ad vitam revocatum et viventem, nec tamen id credes. Deus quidem tibi multa exhibet argumta quibus adductus ei credas. Si enim placet, observa temporum et dierum et noctium interitum, quemadmodum etiam haec intereant et renascantur. Praeterea nonne seminum et fructuum fit resurrectio, idque in usum hominum? Quum enim exempli gratia granum tritici aut reliquorum seminum terrae iniectum fuerit, primo moritur et solvitur, deinde excitatur et in spicam assurgit. Quod autem arborum attinet naturam, nonne certis temporibus dei iassu latentes antea et invisos fructus producant? Quin etiam interdum passer aut alia avicula, quum semen mali aut ficus

(comp. lib. II. c. 14 sq.), magna auctoritate florebat apud veteres patres. Cf. Semisch. *Justin d. Märt.* P. II. p. 148.

5. *κατανόησον τὴν τῶν καιρῶν . . . ἀνίσταται*] Sic Clemens Ep. I ad Cor. c. 2A: "Ἴδωμεν, ἀγαπητοί, τὴν κατὰ καιρὸν] γινομένην ἀνάστασιν. Ἡμέρ[α καὶ] νύξ ἀνάστασιν ἡμῖν δηλοῦσ[ιν]. κοιμᾶται ἡ νύξ, ἀνίσταται ἡ[μέρα]: ἡ ἡμέρα ἀπεισιν, νύξ ἐπέρχεται]. Sic etiam Tertullianus Apol. c. 48 et De resurr. c. 12, Minucius Fel. in Octav. c. 34, Cyrillus Cat. 18, Epiphanius Ancor. c. 84, alii. *Maranus*.

6. *Τί δὲ καὶ οὐχὶ ἡ τῶν σπερμάτων κ. καρπῶν κτλ.*] Eadem comparatione utuntur Zeno Veronensis De resurrectione [c. 8. p. 128 ed. Ballerin.] et Prudentius Cathemer. X. v. 15. 129. *Ady. Symmach.* II.

195. Praeterea Kortholtus videri iubet Clementem, Tertullianum, Minucium, Cyrillum [II. cc.: n. 5], Chrysostomum Serm. I de resurr., Damascenum sub finem operis de orthodoxa fide, Petrum Chrysol. Serm. 118. *Wolfius*. — Fortasse "Ἐτ[ί] (pro Τί) δὲ καὶ legendum, dicendi genus mire gratum Theophilo, ut lib. II. c. 37. n. 1 ostendi. Praeterea cf. lib. II. c. 3. n. 18.

7. *Εἰ γὰρ . . . στάχυς*] Coll. Ioann. 12, 24 et 1 Cor. 15, 36—37.

8. *προσφέρουσιν*] Ven. *προσφέρωσιν*, sed corrector *ον* supra ω collocavit, ut sit *προσφέρουσιν* (Bodl.), id quod in editt. exstat. Solus Humphr. *προσφέρουσι*, sive *v. Rescripsi προσφέρουσιν*. Saepenumero *προ* et *προς* commutantur: cf. *Athenag.* De resurr. c. 25. n. 15.

9. *καταπιόν]* Bodl. *καταπιών*.



μηλέας ἢ συκῆς ἢ τινος ἑτέρου, ἦλθεν ἐπὶ τινὰ λόφον πετρωδῆ  
 ἢ <sup>10</sup> τάφον καὶ ἀφώδευσεν, κάκεινο <sup>11</sup> δραξάμενον ἀνέφου δέν-  
 δρον, τὸ ποτε καταποθὲν καὶ διὰ τοσαύτης θερμοσίας <sup>12</sup> διελθόν.  
<sup>13</sup> Ταῦτα δὲ πάντα ἐνεργεῖ ἢ τοῦ θεοῦ σοφία, εἰς τὸ ἐπιδειξαι B  
 καὶ διὰ τούτων ὅτι δυνατός ἐστιν ὁ θεὸς ποιῆσαι <sup>14</sup> τὴν καθο-  
 λικὴν ἀνάστασιν ἀπάντων ἀνθρώπων. Εἰ δὲ καὶ θαυμασιώτερον <sup>15</sup>  
 θέαμα θέλεις θεάσασθαι γινόμενον πρὸς ἀπόδειξιν ἀναστάσεως,  
 ὡς <sup>16</sup> μόνον τῶν ἐπιγείων πραγμάτων ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν οὐρανῷ,  
<sup>16</sup> κατανόησον τὴν ἀνάστασιν τῆς σελήνης τὴν κατὰ μῆνα γενο-  
costam, quam ceperat de Adamo, in mulierem, et adduxit eam ad Adamum. Et dixit Adamus: Hoc nunc [est] os ex ossibus meis et caro ex carne mea; haec vocabitur femina, quod de viro suo ea sit sumta. Propterea derelinquet vir patrem suum et matrem suam et adhaerebit uxori suae, eruntque duo in carnem unam. Et erant ambo nudi, Adamus et uxor eius, et non erubescabant.

21. Serpens autem fuit callidior omnibus bestiis agri, quas fecit dominus deus. Et dixit serpens ad mulierem. Quare dixit deus Ne comedatis de omni ligno horti? Et dixit mulier ad serpentem: De omni ligno horti comedimus, de fructu vero ligni, quod est in medio horti, dixit deus Ne comedatis de eo neve contingatis id, ne moriamini. Et dixit serpens ad mulierem: Non moriendo moriemini; sciebat enim deus quod eo die quo comederitis de illo aperientur oculi vestri, et eritis sicut dii, scientes bonum et malum. Et vidit mulier quod bonum esset lignum in cibum, et quod oculis gratum ad videndum et speciosum esset ad considerandum; et capiens de fructu eius comedit deditque viro suo secum, et comederunt. Et aperti sunt oculi amborum et cognoverunt quod nudi essent, et consuerunt folia ficulnea feceruntque sibi cinctoria. Et audierunt vocem domini dei, deambulantis in horto ad vesperam, et abscondit se Adamus et uxor eius a facie dei inter arbores horti. Et vocavit dominus deus Adamum et ait ei: Ubi es? Et dixit ei: Vocem tuam

4. ἄψησθε] Fell. substituit ἄψησθε. Tum Ven. ἀποθάνετε, sed η supra εε scripsit corrector.

5. ἔστιν] Ven. Bodl. et Gesn. Caeteri editt. ἔστι.

6. τοῦ καρποῦ] Ven. Sed editi ἀπὸ τοῦ καρποῦ (Bodl.). Pariter abest ἀπὸ a permultis codd. τῶν ὀ ap. Holm., neque Gregor. Nyss.

Tom. I. p. 98 agnoscit. In Ven. deum a correctore additum est.

7. αὐτοῦ] Gall. (c. Mar. edit. Ven.) praetermisit mendose. Mox ἔφαγε et ἔδωκε Fell. Wolf. Humphr. citra codd. fidem.

8. καὶ] Fell. omisit.

9. ἐκάλεσεν] Fell. Wolf. Humphr. —σε, contra codd.



Και εἶπεν αὐτῷ· Τὴν φωνὴν σου ἤκουσα ἐν τῷ παραδείσῳ, καὶ ἐφοβήθην ὅτι γυμνός εἰμι, καὶ ἐκρύβην. Καὶ εἶπεν αὐτῷ· Τίς ἀνήγγειλέ σοι ὅτι γυμνός εἶ, εἰ μὴ ἀπὸ τοῦ ξύλου, οὗ ἐνετειλάμην σοι τούτου μόνου μὴ φαγεῖν, ἀπ' αὐτοῦ ἔφαγες; Καὶ εἶπεν Ἀδάμ· Ἡ γυνή, ἣν ἔδωκάς μοι, αὐτὴ μοι ἔδωκεν ἀπὸ τοῦ ξύλου, καὶ ἔφαγον. Καὶ εἶπεν ὁ θεὸς τῇ γυναικί· Τί τοῦτο ἐποίησας; Καὶ εἶπεν ἡ γυνή· Ὁ ὄφεις <sup>10</sup> ἠπάτησέν με, καὶ ἔφα- C  
γον. Καὶ εἶπεν κύριος ὁ θεὸς τῷ ὄφει· Ὅτι ἐποίησας τοῦτο, ἐπικατάρατος <sup>11</sup> σὺ ἀπὸ πάντων τῶν θηρίων τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, ἐπὶ τῷ στήθει καὶ τῇ κοιλίᾳ σου πορεύσῃ καὶ γῆν φαγῆ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς σου. Καὶ ἔχθραν ποιήσω ἀνὰ μέσον σου καὶ ἀνὰ μέσον τῆς γυναικὸς καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σπέρματός σου καὶ τοῦ σπέρματος αὐτῆς· <sup>12</sup> αὐτός σου τηρήσει τὴν κεφαλὴν, καὶ σὺ αὐτοῦ τηρήσεις τὴν πτέρναν. Καὶ τῇ γυναικί <sup>13</sup> εἶπεν· Πληθύνων πληθυνῶ τὰς λύπας σου καὶ τὸν στεναγμόν σου· ἐν λύπῃ τέξῃ τέκνα, καὶ πρὸς τὸν ἄνδρα σου ἡ ἀποστροφὴ σου, καὶ αὐτός σου κυριεύσει. Τῷ δὲ Ἀδάμ εἶπεν· Ὅτι ἤκουσας τῆς φωνῆς τῆς γυναικὸς σου καὶ ἔφαγες ἀπὸ τοῦ ξύλου, οὗ ἐνετει- D  
λάμην σοι μόνου τούτου μὴ φαγεῖν, ἀπ' αὐτοῦ ἔφαγες, ἐπικατά-  
ρατος ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις σου· <sup>14</sup> ἐν λύπῃ φαγῆ αὐτὴν πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς σου, ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἀνατελεῖ σοι, καὶ φαγῆ τὸν χόρτον τοῦ ἀγροῦ σου. Ἐν ἰδρωτί τοῦ προσώπου σου φαγῆ τὸν ἄρτον σου ἕως τοῦ ἀποστρέφαι σε εἰς τὴν γῆν,

10. ἠπάτησεν . . . εἶπεν] Ven.;  
ulg. sine v.

11. σὺ] Bibl. σὺ ἀπὸ πάντων  
τῶν κτηνῶν καὶ. Haec verba ob  
reperitum ἀπὸ πάντων facile potue-  
runt interire. Sed utrum Theophi-  
lus in culpa sit an librarii, dici ne-  
quit.

12. αὐτός] Ven. et Bodl.; etiam  
Biblia. Respicit αὐτός ad rem per  
vocem σπέρματος significatam. Editi  
vero (exc. Humphr.) αὐτό. — Fel-  
lus observat pro τηρήσει: rectius  
legi τηρήσει. „Sed verior,“ ait

Wolfius, „ut multos huius senten-  
tiae approbatores inveniat. Constat  
sane quae inter Isaac. Vossium et  
Rich. Simonem de vocis τηρήσει  
emendatione disputata sint. Ex cae-  
teris plerique omnes in tuendam  
receptam lectionem, si quidem ipsi  
observandi et insidiandi notio tri-  
buatur, consenserunt. Vide Paul.  
Colomesium in Observatt. Sacr. p.  
97, Rich. Simonem in Biblioth. Crit.  
Tom. IV. p. 357 et Io. Clericum ad  
Genes. 3, 16.“ Addit Maranus haec:  
„Utram vocem adhibuerit Theophi-

*audivi in horto, et extimui quia nudus sum, et me occul-  
tavi. Et dixit ei: Quis indicavit tibi quod nudus esses,  
nisi quia de ipso ligno, de quo praecepi tibi ut ex hoc  
solo non comederes, comedisti? Et dixit Adamus: Mu-  
lier, quam dedisti mihi, ipsa dedit mihi de arbore, et  
comedi. Et dixit deus ad mulierem: Cur hoc fecisti?  
Et dixit mulier: Serpens decepit me, et comedi. Et di-  
xit dominus deus ad serpentem: Quia fecisti hoc, male-  
dictus tu [esto] prae omnibus bestiis terrae; supra pectus  
et ventrem tuum gradieris et pulverem comedes omnibus  
diebus vitae tuae. Et inimicitias ponam inter te et inter  
mulierem atque inter semen tuum et inter semen eius; ipse  
tuum observabit caput, et tu eius observabis calcaneum.  
Et ad mulierem dixit: Multiplicando multiplicabo dolores  
tuos et gemitum tuum; in dolore paries filios, et ad vi-  
rum tuum erit conversio tua, et ipse dominabitur tibi. Ad  
Adamum autem dixit: Quia audisti vocem uxoris tuae et  
comedisti de ligno, de quo praecepi tibi ut ex solo hoc  
non comederes, maledicta [esto] terra in operibus tuis;  
in dolore comedes eam omnibus diebus vitae tuae, spinas  
et tribulos germinabit tibi, et manducabis herbam agri tui.  
In sudore vultus tui vesceris pane tuo donec revertaris in  
terram, ex qua sumtus es; nam pulvis es et in pulverem*

lus, statuere non audeo. Sed tamen S. Ioannes Chrys., qui in eadem ac Theophilus ecclesia sacerdotii munere perfunctus est, legebat *τει-  
ρήσει*, quamvis in eius operibus legatur alterum verbum. Postquam enim retulit verba scripturae, sic ea explanat: *Καὶ γὰρ τοσαύτην ἐκεί-  
νῳ μὲν παρέξω τὴν λογίαν, ὡς διη-  
νεκῶς ἐπικρίσθαι τῇ σῆ κεφαλῇ,  
σὲ δὲ τοῖς ἐκείνου ποσὶν ὑποκρί-  
σθαι.* Atque id praecipue impletum in spirituali serpente probat ex his

Christi verbis Luc. 10, 19: *Eccē dedi vobis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones et super omnem virtutem inimici.* Quod si verbum a scriptura adhibitum S. Ioannes Chrys. idem esse credidit ac calcare caput serpentis eique perpetuo incumbere, quis dubitet eum legisse *τειρήσει*?<sup>13</sup>

13. *εἶπεν*] Ven.; vulg. *εἶπε*.

14. *ἐν λύπῃ* . . . [*ῥῆσι σου*]

Haec verba omnia Humphry mendose omisit.

ἐξ ἧς ἐλήφθη· ὅτι γῆ εἰ καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. <sup>15</sup> Τῆς μὲν οὖν ἱστορίας τοῦ ἀνθρώπου καὶ τοῦ παραδείσου τὰ ζητὰ τῆς ἀγίας γραφῆς οὕτως περιέχει.

22. Ἐρεῖς οὖν μοι· Σὺ <sup>1</sup> φῆς τὸν θεὸν ἐν τόπῳ μὴ δεῖν <sup>31</sup> χωρεῖσθαι, καὶ πῶς νῦν λέγεις αὐτὸν ἐν τῷ παραδείσῳ περιπα-100  
τεῖν; Ἄκουε ὁ φημι. <sup>2</sup> Ὁ μὲν θεὸς καὶ πατὴρ τῶν ὄλων ἀχω-  
ρητός <sup>3</sup> ἐστὶν καὶ ἐν τόπῳ οὐχ εὐρίσκεται· <sup>4</sup> οὐ γὰρ ἐστὶν τόπος  
τῆς καταπαύσεως αὐτοῦ. Ὁ δὲ λόγος αὐτοῦ, δι' οὗ τὰ πάντα  
κεποίηκεν, <sup>5</sup> δύναμις ᾧν καὶ σοφία αὐτοῦ, ἀναλαμβάνων τὸ πρόσ-  
ωπον τοῦ πατρὸς καὶ κυρίου τῶν ὄλων, οὗτος παρεγίνετο εἰς  
τὸν παράδεισον ἐν προσώπῳ τοῦ θεοῦ καὶ ἀμίλει τῷ Ἀδάμ. Καὶ  
γὰρ αὐτῇ ἡ θεία γραφὴ διδάσκει ἡμᾶς τὸν Ἀδὰμ λέγοντα <sup>6</sup> τῆς B  
φωνῆς ἀκηκοέναι. Φωνὴ δὲ τί ἄλλο ἐστὶν ἀλλ' ἢ ὁ λόγος ὁ τοῦ  
θεοῦ, ὅς <sup>7</sup> ἐστὶν καὶ υἱὸς αὐτοῦ; Οὐχ ὡς οἱ ποιηταὶ καὶ μυθο-  
γράφοι λέγουσιν υἱοὺς θεῶν ἐκ συνουσίας γεννωμένους, <sup>8</sup> ἀλλὰ  
ὡς ἀληθεῖα διηγῆται τὸν λόγον τὸν ὄντα διὰ παντὸς ἐνδιάθετον  
ἐν καρδίᾳ θεοῦ. Πρὸ γὰρ τι γίνεσθαι τοῦτον <sup>9</sup> εἶχεν σύμβουλον,  
ἑαυτοῦ νοῦν καὶ φρόνησιν ὄντα. Ὅποτε δὲ ἠθέλησεν ὁ θεὸς  
ποιῆσαι ὅσα ἐβουλεύσατο, τοῦτον τὸν λόγον ἐγέννησεν προφορι-  
κόν, <sup>10</sup> πρωτότοκον πάσης κτίσεως, <sup>11</sup> οὐ κενωθεὶς αὐτὸς τοῦ λό-  
γου, ἀλλὰ λόγον γεννήσας καὶ <sup>12</sup> τῷ λόγῳ αὐτοῦ διὰ παντὸς ὀμι-  
λῶν. Ὅθεν διδάσκουσιν ἡμᾶς αἱ ἅγαι γραφαὶ καὶ πάντες <sup>13</sup> οἱ C

15. Τῆς ... περιέχει] Non vi-  
deo cur totum hunc locum Hum-  
phry expunxerit; admiror viri inco-  
gitantiam. — Pro οὕτως (Ven.)  
vulg. οὕτω.

1. φῆς] C. 3.

2. Ὁ μὲν θεὸς κτλ.] Contra  
Artemonium (Sam. Crellium) pro-  
pugnat hunc locum Wesselingius:  
Probabil. p. 110 sqq. Cf. Dorner  
*Die Lehre von der Person Christi*  
P. I. p. 436 sq.

3. ἐστὶν ... ἐστὶν] Ven.; vulg.  
(bis) ἐστι.

4. οὐ ... αὐτοῦ] Ies. 66, 1 et

Actt. apost. 7, 49. Cf. lib. I. c. 4.  
n. 7.

5. δύν. ᾧν κ. σοφία αὐτοῦ] Cf. c. 10. n. 8. Humphry: „Verba  
ἀναλαμβάνων τὸ πρόσωπον τοῦ  
πατρὸς non ita intelligi debent quasi  
una s. trinitatis persona alteram in-  
duceret, vox enim πρόσωπον de  
personis trinitatis usurpari nondum  
cooperat, sed, metaphora e theatro  
sumta, dicit Theophilus filium par-  
tes agere patris et illius nomine lo-  
qui.“ Cf. Iustin. Apol. I. c. 36 sqq.  
— Antea vulgo πεποίηκε, non πε-  
ποίηκεν (Ven.).

*reversurus es.* Verba igitur sacrae scripturae, quantum attinet ad historiam hominis et paradisi, illo modo se habent.

22. Dices igitur mihi: Deum ais comprehendi loco non debere, et quomodo nunc dicis eum in paradiso ambulare? Audi quid respondeam. Deus quidem et pater universorum non potest comprehendi [loco] neque invenitur in loco; non enim est locus requiei eius. Sed logos eius, per quem omnia fecit, quum sit eius virtus et sapientia, assumens patris et domini universorum personam, veniebat in paradysum sub persona dei et cum Adamo colloquebatur. Nam et ipsa divina scriptura nos docet Adamum dixisse *auditam esse a se vocem*. Vox autem quid aliud est quam logos dei, qui etiam filius eius est? Non ut poetae et fabularum scriptores fingunt filios deorum ex concubitu genitos, sed ut veritas narrat logon semper existentem in corde dei insitum. Ante enim quam quidquam fieret hunc habebat consiliarium, quippe qui eius mens et prudentia sit. Quum autem voluit deus ea facere quae statuerat, hunc logon genuit prolatitium, primogenitum omnis creaturae, non ita tamen ut ipse logo vacuus fieret, sed ut logon gigneret et cum logo suo semper versaretur. Unde nos docent sanctae

6. τ. φωνῆς ἀκηκ.] Genes. 3, 10; cf. supra c. 21.

7. ἔστιν] Ven.; vulg. ἔστι. Deinde λέγουσι Gesn. Duc. Mor. Fell., non —σιν (Ven.).

8. ἀλλά . . . πρωτότοκον π. κτίσεως] De hoc loco adi c. 10. n. 6. Cf. Baumgarten-Crusius *Comp. d. christl. Dogmengesch.* P. II. p. 149.

9. εἶχεν] Ven.; vulg. εἶχε. Item postea ἐγέννησε.

10. πρωτ. π. κτίσ.] Coloss. 1, 15.

11. οὐ κενωθεῖς α. τ. λόγου] Cf. Iustin. Dial. c. Tr. c. 61. n. 5 sq.

12. τῷ λόγῳ] H. e. mit seinem Logos (da er ja Gottes Vernunft ist) allezeit in Verbindung bleibend. Male Roesslerus et Thienemannus τῷ λόγῳ acceperunt pro διὰ τοῦ λόγου, durch sein Wort sich allezeit offenbarend. Iam Loefflerus (*Souver. Vers. üb. d. Platon. d. Kirchenvv.*, ed. 2, p. 448) contra monuit: „Nicht nur der Gegensatz spricht wider diese Uebersetzung; auch das Objekt, auf welches sich ὁμιλῶν bezieht, würde fehlen.“

13. οἱ πνευματοφόροι] Ed. Reuss (*Die Geschichte der heil.*

πνευματοφόροι, ἐξ ὧν Ἰωάννης λέγει· <sup>14</sup> Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν· δεικνύς ὅτι ἐν πρῶτοις μόνος ἦν ὁ θεὸς καὶ ἐν αὐτῷ ὁ λόγος. Ἔπειτα λέγει· <sup>15</sup> Καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν. Θεὸς οὖν ὧν ὁ λόγος καὶ ἐκ θεοῦ πεφυκώς, ὁπόταν <sup>16</sup> βούληται ὁ πατήρ τῶν ὄλων πέμπει αὐτὸν εἰς τινα τόπον, ὃς παραινόμενος καὶ ἀπούεται καὶ ὁρᾶται, πεμπόμενος ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἐν τόπῳ εὐρίσκεται.

23. Τὸν οὖν ἄνθρωπον ὁ θεὸς <sup>1</sup> πεποίηκεν ἐν τῇ ἕκτῃ D ἡμέρᾳ, τὴν δὲ πλάσιν αὐτοῦ πεφανέρωκεν μετὰ τὴν ἑβδόμην ἡμέραν, ὁπότε καὶ τὸν παράδεισον πεποίηκεν, εἰς τὸ ἐν κρείσσοσι τόπῳ καὶ χωρὶς διαφορῶ αὐτὸν εἶναι. Καὶ ὅτι ταῦτα ἔστιν <sup>32</sup> ἀληθῆ, αὐτὸ τὸ ἔργον <sup>2</sup> δεικνυσιν. Πῶς γὰρ οὐκ ἔστιν κατανοῆσαι τὴν μὲν ὠδίνα, ἣν πάσχουσιν ἐν τῷ τοκετῷ αἱ γυναῖκες, <sup>3</sup> καὶ μετὰ τοῦτο λήθην τοῦ πόνου ποιοῦνται, <sup>4</sup> ὅπως πληρωθῆ ὁ τοῦ θεοῦ λόγος εἰς <sup>5</sup> τὸ ἀυξάνεσθαι καὶ πληθύνεσθαι τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων; Τί δ' οὐχὶ καὶ τὴν τοῦ ὄφρατος κατάκρισιν, πῶς στυγητὸς τυγχάνει ἔρπον ἐπὶ τῇ κοιλίᾳ καὶ ἐσθίων γῆν, ὅπως <sup>101</sup> καὶ τοῦτο ἢ εἰς ἀπόδειξιν ἡμῖν τῶν προειρημένων;

24. <sup>1</sup> Ἐξανατέλλας οὖν ὁ θεὸς ἐκ τῆς γῆς ἔτι πᾶν ξύλον, ὠραιὸν εἰς ὄρασιν καὶ καλὸν εἰς βρωσιν. Ἐν γὰρ πρῶτοις μόνον ἦν τὰ ἐν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ γεγενημένα, φυτὰ καὶ σπέρματα καὶ χλόαι· τὰ δὲ ἐν τῷ παραδείσῳ ἐγενήθη διαφορῶ καλλονῇ καὶ ὠραιότητι, ὅπου γε καὶ φυτεία ὠνόμασται ὑπὸ θεοῦ πεφυτευμένα. Καὶ τὰ μὲν λοιπὰ φυτὰ ὅμοια καὶ ὁ κόσμος <sup>2</sup> ἔσχηκεν· τὰ δὲ δύο ξύλα, τὸ τῆς ζωῆς καὶ τὸ τῆς γνώσεως, οὐκ ἔσχηκεν

Schrr. N. T. ed. 3, Brunsv. 1860, p. 280) substituit οἱ πνευματόφοροι, mutato codicum accentu. Cf. c. 9. n. 1 et lib. III. c. 12. n. 1.

14. Ἐν ... θεόν] Ioann. 1, 1.

15. Καὶ ... οὐδὲ ἓν] Ioann. 1, 1. 3.

16. βούληται] Fell. βούλεται suo arbitrio.

1. πεποίηκεν] Gesn. Duc. Mor.

πεποίηκε. Tum, pro πεφανέρωκεν (Ven.), vulg. —ρακε.

2. δεικνυσιν] Ven. et Bodl., Gesn. Duc. Mor. Caeteri editt. δεικνυσι. Mox editi exc. Gesn. ἔστι.

3. καὶ μετὰ τοῦτο ... τῶν ἀνθρώπων] Alludit ad Ioann. 16, 21.

4. ὅπως πληρωθῆ] Huius loci is sensus est: Pariant in dolore mu-

scripturae et omnes spiritu pleni, ex quorum numero Ioannes dicit: *In principio erat logos, et logos erat apud deum*: quibus verbis ostendit initio solum fuisse deum et in eo logon. Tum dicit: *Et deus erat logos; omnia per eum facta sunt, et sine eo factum est nihil*. Logos igitur quum deus sit et ex deo genitus, eum pater universorum, quando vult, mittit in aliquem locum, quo quum venerit auditur et videtur, missus ab eo, et [ita] in loco invenitur.

23. Hominem igitur deus fecit die sexto, eius autem formationem patefecit post diem septimum, quum et paradysum fecisset, ut in optimo et excellenti loco eum constitueret. Haec autem vera esse res ipsa demonstrat. Nonne enim licet animadvertere dolores illos, quos perferunt in partu mulieres, et postea oblivioni tradunt, ut effatum dei impleatur et augeatur et crescat genus humanum? Nonne [licet animadvertere] etiam serpentis condemnationem, quomodo exosus sit supra ventrem repens ac terram edens, ut hoc quoque argumento veritas eorum quae diximus confirmetur?

24. Praeterea igitur *produxit deus de terra omne lignum, pulchrum visu et commodum ad vescendum*. Initio enim ea tantummodo erant quae die tertio producta fuerant, plantae et semina et herbae. Quae vero in paradiso [erant] ea praestanti erant pulchritudine et amoenitate, quippe quum plantarium appelleretur ab ipso deo satum. Caeteras quidem plantas mundus haud absimiles habuit; duas autem arbores,

heres, in poenam peccato impositam [Gen. 3, 16: cf. supra c. 21]; doloris cito eas capit oblivio, ne generis humani propagationi obstet. Partus dolores a Theophilo proferri in argumentum veritatis historiae sacrae ex his etiam patet quae mox de serpentis poena subiiciuntur. *Maranus*.

5. τὸ] Maran., quocum facit

Humphr., hunc articulum omisit: quamquam in omnibus codd. exstat mstis et editis. Probe Galland. reposuit; at vero Mign. errorem non correxit.

1. Ἐξανατελλας] Scil. ἡν. Cf. c. 3. n. 18, lib. III. c. 20. n. 1, al.; adde Athenag. De resurr. c. 2. n. 2. — Genes. 2, 9; cf. supra c. 20.

2. Ἐσχησεν] Ven.; vulg. — κα.

ἐτέρα γῆ ἀλλ' <sup>3</sup> ἢ ἐν μόνῳ τῷ παραδείσῳ. Ὅτι δὲ καὶ <sup>4</sup> ὁ πα- <sup>B</sup>  
 ράδεισος γῆ ἐστὶν καὶ ἐπὶ τῆς γῆς πεφύτευται, ἢ γραφῆ λέγει.  
<sup>5</sup> Καὶ ἐφύτευσεν ὁ θεὸς παράδεισον ἐν Ἐδέμ κατὰ ἀνατολάς, καὶ  
 ἔθετο ἐκεῖ τὸν ἄνθρωπον· καὶ ἐξανέτελεν ὁ θεὸς ἔτι ἀπὸ τῆς  
 γῆς πᾶν ξύλον, αἰραῖον εἰς ὄρασιν καὶ καλὸν εἰς βρωσίν. <sup>6</sup> Τὸ  
 οὖν ἔτι ἐκ τῆς γῆς καὶ κατὰ ἀνατολάς σαφῶς διδάσκει ἡμᾶς ἢ  
 θεία γραφῆ τὸν παράδεισον ὑπὸ τοῦτον τὸν οὐρανόν, ὑφ' ὃν  
 καὶ <sup>7</sup> ἀνατολαὶ καὶ γῆ εἰσιν. Ἐδέμ δὲ ἑβραϊστὶ τὸ εἰρημένον ἐρ- C  
 μνηνεύεται <sup>8</sup> τροφή. Ποταμὸν δὲ <sup>9</sup> σεσήμακεν ἐμπορεύσθαι ἐξ  
 Ἐδέμ ποτίζειν τὸν παράδεισον, ἀκείθεν διαχωρίζεσθαι εἰς τέσ-  
 σαρὰς ἀρχάς· ὧν δύο, οἱ καλούμενοι Φεισῶν καὶ Γεῶν, <sup>10</sup> πο-  
 τίξουσιν τὰ ἀνατολικὰ μέρη, μάλιστα ὁ Γεῶν, ὁ κυκλῶν πᾶσαν  
 γῆν Αἰθιοπίας, ὃν φασιν ἐν τῇ Αἰγύπτῳ ἀναφαίνεσθαι <sup>11</sup> τὸν  
 καλούμενον Νεῖλον. Οἱ δὲ ἄλλοι δύο ποταμοὶ φανερωῶς γινώ-  
 σκονται παρ' ἡμῖν, οἱ καλούμενοι Τίγρις καὶ Εὐφράτης· οὗτοι  
 γὰρ γειννωσίν ἕως τῶν ἡμετέρων κλιμάτων. Θεὸς δὲ ὁ θεὸς <sup>34</sup>  
 τὸν ἄνθρωπον, <sup>12</sup> καθὼς προειρήκαμεν, ἐν τῷ παραδείσῳ εἰς τὸ  
 ἐργάζεσθαι καὶ φυλάσσειν αὐτόν, ἐνετείλατο αὐτῷ ἀπὸ πάντων D  
 τῶν καρπῶν ἐσθίειν, δηλονότι καὶ ἀπὸ τοῦ τῆς ζωῆς, μόνου δὲ  
 ἐκ τοῦ ξύλου τοῦ τῆς γνώσεως ἐνετείλατο αὐτῷ μὴ γεύσασθαι.

3. ἦ] Fell. in ἡ temere muta-  
 vit, idemque Wolf. in textu posuit.  
 Praepositio ἐν in Ven. et Bodl. ex-  
 cidit.

4. ὁ παράδεισος γῆ ἐστὶν κτλ.]  
 „Nicht nur Chrysostomus (Hom. in  
 Gen. 13) betrachtet die Sage von  
 einem überirdischen Paradiese als  
 mythisch, sondern schon Theophilus  
 denkt blos an ein Paradies auf Er-  
 den [etiam Lactantius Instit. div.  
 II. c. 12], das er nur in Bezug auf  
 seine Schönheit als mitten inne lie-  
 gend zwischen Erde und Himmel  
 beschreibt: ὡς πρὸς καλλονήν, μέ-  
 σος τοῦ κόσμου καὶ τοῦ οὐρανοῦ.“  
 C. Hase (Baumgarten-Cru-  
 sius Comp. der christl. Dogmen-

gesch. P. II. p. 251). At Thilo (Cod.  
 apocr. N. T. Tom. I. p. 750. 755)  
 statuit Theophilum, comp. c. 26. p.  
 103 A, minime alienum fuisse a plu-  
 rimis patribus, qui paradikum pro-  
 toplastorum extra terram collocabant.  
 Lege istos laudatos a Valesio ad Eu-  
 seb. p. 257 et Petavio in Dogmat.  
 theol. T. III (de sex dierum opifi-  
 cio) p. 168. Adde Thilon. l. c. p.  
 748 sqq. et Uhlemann. in *Illgeni*  
*Zeitschr. f. d. histor. Theologie* T.  
 I. p. 127 sqq. — Pro ἔστιν (Ven.  
 Bodl. Gesn.) vulg. ἐστι.

5. Καὶ ... βρωσίν] Genes. 2,  
 8 sq. — Pro ἀπὸ (= ἐκ) τ. γῆς  
 non necesse est cum Thienem. le-  
 gere ἐκ τῆς γῆς (c. 20).

vitae et scientiae, nulla alia terrae pars habuit nisi paradisu. Paradisu autem esse terram et in terra satum ait scriptura: *Et plantavit deus paradisu in Eden ad orientem, et posuit ibi hominem; et produxit deus adhuc de terra omne lignum pulchrum visu et commodum ad vescendum.* Quod igitur attinet verba *adhuc de terra et ad orientem*, clare docet nos divina scriptura paradisu sub hoc coelo, sub quo oriens et terra sunt. Quod autem hebraice dicitur *Eden*, si interpreteris, idem est ac deliciae. Porro indicat *fluvium egredi ex Eden ad irrigandum paradisu, et inde dividi in quattuor capita: quorum duo, Phison et Geon vocata, rigant orientales partes, praecipue Geon, qui circuit totam terram Aethiopiae, et in Aegypto sub Nili nomine apparere dicitur.* Reliqui autem duo fluvii, qui *Tigris et Euphrates* vocantur, nobis certo cogniti sunt; sunt enim nostris regionibus vicini. Quum autem posuisset deus hominem, ut supra diximus, in paradiso *ut operaretur et custodiret eum*, praecepit ei *ut de omnibus fructibus comederet*, et de ipso videlicet fructu vitae, *de solo autem scientiae ligno interdixit ne gustaret.* Eum autem transtulit deus

6. Τὸ] Est casus accus. absolute positus, ut infra (n. 18) Τὸ δὲ εἰπεῖν. Minime igitur opus Wolfii coniecturâ τῶ, quam Maran. probavit et Humphr. textui inseruit.

7. ἀνατολαί] Ven.; vulg. ἀνατολή.

8. τρυφή] Ven. Dederunt Gesn. Duc. Mor. στροφή (Bodl.), quem manifestum errorem Ducaeo monente caeteri editores sustulerunt. Clemens Alex. Strom. II. c. 11. §. 51: ἐρμηνεύεται δὲ ἡ ... Ἐδὲμ τρυφή. Tzetzes Chiliad. VI. 846: Ἐδὲμ σημαίνει τὴν τρυφήν.

9. σεσημακέν] Ven; σεσήμακέν editi (et Bodl.?). Cf. c. 31. n.

18. Similiter dicebant τσέρμακα, a θερμαίνω. Adi Rost. Gr. Gramm. ed. 7. p. 167. — Genes. 2, 10—14; cf. supra c. 20.

10. πορίζουσιν] Ven. et Bodl., Gesn. Duc. Mor. Caeteri editi. πορίζουσι.

11. τὸν καλ. Νεῖλον] De Nilo Gihonem fluvium Iosephus quoque (Antiqq. iud. I. c. 1. §. 3, coll. LXX Ierem. 2, 18) et alii patres accipiunt. Vide Procopium in lib. 3 Regg. p. 175 et Epiphanium in Ancor. 58.

12. καθὼς προσεῖρη.] C. 20. — Genes. 2, 15—17.



<sup>13</sup> Μετέθηκεν δὲ αὐτὸν ὁ θεὸς ἐκ τῆς γῆς, ἐξ ἧς ἐργόνοι, εἰς τὸν παράδεισον, διδοὺς αὐτῷ <sup>14</sup> ἀφορμὴν προκοπῆς, ὅπως αὐξάνων καὶ τέλειος γενόμενος, ἔτι δὲ καὶ θεὸς ἀναδειχθεὶς, <sup>15</sup> οὕτως καὶ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβῆ (μέσος γὰρ ὁ ἄνθρωπος ἐργόνοι, οὔτε θνητὸς ὀλοσχερῶς οὔτε ἀθάνατος τὸ καθόλου, δεκτικὸς δὲ ἐκατέρων. <sup>16</sup> οὕτως καὶ τὸ χωρίον ὁ παράδεισος, ὡς πρὸς κалλονῆν, μέσος τοῦ κόσμου καὶ τοῦ οὐρανοῦ γεγένηται), <sup>17</sup> ἔχων αἰδιότητα. <sup>18</sup> Τὸ δὲ εἰπεῖν ἐργάζεσθαι οὐκ ἄλλην τινὰ ἐργασίαν <sup>102</sup> δηλοῖ ἀλλ' ἢ τὸ <sup>19</sup> φυλάσσειν τὴν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ, ὅπως μὴ παρακουσάσας ἀπολέσῃ ἑαυτὸν, καθὼς καὶ ἀπαίτεσεν διὰ ἁμαρτίας.

25. Τὸ μὲν ξύλον τὸ τῆς γνώσεως αὐτὸ μὲν καλὸν καὶ ὁ καρπὸς αὐτοῦ καλός. <sup>1</sup> Οὐ γάρ, ὡς οἴονται τινες, θάνατον εἶχεν τὸ ξύλον, ἀλλ' ἡ παρακοή. Οὐ γάρ τι ἕτερον ἦν ἐν τῷ καρπῷ ἢ μόνον γνώσις. Ἡ δὲ γνώσις καλή, ἐπὰν αὐτῇ οἰκείως τις χρήσῃται. Τῇ δὲ οὐσῃ ἡλικίᾳ <sup>2</sup> ὅδε Ἄδამ <sup>3</sup> ἔτι νήπιος ἦν· διὸ οὐπω ἠδύνατο τὴν γνώσιν κατ' ἀξίαν χωρεῖν. Καὶ γὰρ νῦν,

13. Μετέθηκεν] Ven.; μετέθεικε Bodl.; μετέθηκε Fell. Wolf. Humphr.

14. ἀφορμὴν προκοπῆς] S. Ambrosius De parad. c. 4 haec habet: „Apprehendit ergo eum virtus dei, inspirans processus et incrementa virtutis; denique in paradiso eum collocavit, ut sciat apprehensum quasi afflatum divina esse virtute.“ Maranus. Cf. Ehlers Philos. antiq. in doctrina Apoll. sec. II. p. 63.

15. οὕτως] Bodl. οὔτως. Humphr. οὔτω. Cf. c. 28. p. 104 A. Idem editor τὸν, ante οὐρανὸν, mendose omisit. Wolfius: „De immortalitate tanquam divino virtutis praemio hic sermonem esse patebit comparanti [c. 27] §. 37.“ Cf. c. 27. n. 3.

16. οὕτως] Ven.; vulg. οὔτω. Cf. n. 4.

17. ἔχων αἰδιότητα] Apposita parenthesis totum locum illustrat, cui tenebras iniecerant interpretes [etiam Thienemannus], dum haec verba, ἔχων αἰδιότητα, referunt ad ipsum paradysum. Comparat Theophilus paradisi statum cum ipsius Adami statu, quem nec mortalem nec immortalem creatum fuisse docet. Maranus.

18. Τὸ] Ven. et Bodl.; τῷ editi. Cf. n. 6. Pro ἐργάζεσθαι vulgo ἐργάζεσθε legitur. Aperte Theophilus respicit ad locum Gen. 2, 15 supra (ἐργάζεσθαι καὶ φυλάσσειν αὐτόν) laudatum et c. 20: ἐργάζεσθαι αὐτόν καὶ φυλάσσειν: ubi pronomen αὐτόν non videtur ad paradysum retulisse sed ad Adamum. Maranus stultit Ambrosium, qui mirifice cum nostro auctore consentit in istis verbis interpretandis. De parad. l. c.: „Ideoque de viro tan-

de terra, ex qua factus erat, in paradysum, subiiciens ei stimulos proficiendi, ut augescens et tandem perfectus, immo vero etiam deus declaratus, sic in coelum adscenderet (medius enim homo factus erat, nec omnino mortalis nec prorsus immortalis, sed utriusque capax: similiter et paradysus, quantum ad pulchritudinem, medius inter coelum et terram factus est), habens aeternitatem. Quod autem ait [scriptura] *ut operaretur*, non aliam operam significat quam mandati divini custodiam, ne si dicto audiens non esset seipsum perderet, quemadmodum et perdidit propter peccatum.

25. Bonum quidem erat scientiae lignum bonusque eius fructus. Non enim, ut quidam existimant, mortiferum erat lignum, sed mandati praetergressio. Aliud enim non erat in ligno nisi scientia. Bona autem [est] scientia, si quis ea apte utatur. Aetate autem hic Adamus adhuc infans erat; quapropter nondum idoneus erat qui scientiam ut par-

tum scriptura dicit quia *posuit eum in paradiso operari et custodire*. In opere enim quidam virtutis processus est, in custodia quaedam consummatio operis deprehenditur, eo quod quasi consummata custodiat. Haec duo ab homine requiruntur, ut et operibus nova quaerat et parta custodiat quod est generale.“

19. *φιλιάσειν*) Vulgo *φιλιάττειν*, et mox *ἀπώλεσε* pro —*σεν* (Ven.).

1. *Ὁδὸν . . . παρακοήν*] Irenaeus adv. haer. V. c. 23. §. 1: „Simul enim cum esca et mortem adsciverunt, quoniam inobedientes manducabant; inobedientia autem dei mortem infert.“ Voce *τινὲς* Theophilus videtur Christianos quosdam e numero gentilium designare. Cf. Baumgarten-Crusius *Lehrb. der christl. Dogmengesch.* P. II. p. 1085. Pro *εἶχεν* (Ven.) legitur vulg. *εἶχε*.

2. *ὁδῶν*] Ven. et Bodl. (*ὁ δὲ*). Editi *ὁ* praebent. Noli exspectare *ὁδὸν ὁ*. Cf. Matthiae *Ausf. griech. Grammat.* (ed. 2) p. 870 et Stephan. Thesaur. gr. ling. ed. Hase Vol. V. p. 1728.

3. *ἔτι νήπιος ἦν*] Ad Theophilli sententiam accedit Irenaeus l. c. IV. c. 38. §. 1: *Ὡς οὖν ἡ μὲν μήτηρ δύναται τέλειον παρασχεῖν τῷ βρέφει τὸ ἐμβρῶμα, τὸ δὲ ἔτι ἀδυνατεῖ τὴν αὐτοῦ πρεσβυτέραν δέξασθαι τροφήν, οὕτως καὶ ὁ θεὸς αὐτὸς μὲν οὐδὲν τε ἦν παρασχεῖν ἀπ' ἀρχῆς τῷ ἀνθρώπῳ τὸ τέλειον, ὁ δὲ ἀνθρώπος ἀδύνατος λαβεῖν αὐτό· νήπιος γὰρ ἦν.* L. III. c. 22. §. 4: „Erant enim utrique nudi in paradiso, et non confundebantur, quoniam paullo ante facti non intellectum habebant filiorum generationis; oportebat enim illos primo adolescere, dehinc sic

ἐπὶ γὰρ γεννηθῆναι παιδίον, οὐκ ἤδη δύναται ἄρτον ἐσθίειν, ἀλλὰ πρῶτον γάλακτι ἀνατρέφεται, ἔπειτα κατὰ πρόσβασιν τῆς ἡλικίας καὶ ἐπὶ τὴν στερεὰν τροφήν ἔρχεται. Οὕτως ἂν γέγονει καὶ τῷ Ἀδὰμ. Διὸ οὐχ ὡς φθονῶν αὐτῷ ὁ θεός, ὡς οἴονται τινες, **35** ὁ ἐκέλευσεν μὴ ἐσθίειν ἀπὸ τῆς γνώσεως. "Ἐτι μὴν καὶ ἐβούλετο δοκιμάσαι αὐτόν, εἰ ὑπήκοος γίνεται τῇ ἐντολῇ αὐτοῦ. Ἄμα δὲ καὶ ἐπὶ πλείονα χρόνον ὁ ἐβούλετο ἀπλοῦν καὶ ἀκέραιον διαμεῖναι τὸν ἄνθρωπον νηπιάζοντα. Τοῦτο γὰρ ὁσίον ἐστίν, οὐ μόνον παρὰ θεῶν ἀλλὰ καὶ παρὰ ἀνθρώποις, τὸ ἐν ἀπλότητι καὶ ἀκακίᾳ ὑποτάσσεσθαι τοῖς γονεῦσιν. **9** Εἰ δὲ χρὴ τὰ τέκνα τοῖς γονεῦσιν ὑποτάσσεσθαι, πόσῳ μᾶλλον τῷ θεῷ καὶ πατρὶ τῶν ὄλων; "Ἐτι μὴν καὶ ἄσχημόν **10** ἐστὶν τὰ παιδιά τὰ νήπια ὑπὲρ ἡλικίαν φρονεῖν. Καθάπερ γὰρ τῇ ἡλικίᾳ τις **11** πρὸς τάξιν αὔξει, οὕτως καὶ ἐν τῷ φρονεῖν. **12** Ἄλλως τε ἐπὶ νόμος κελεύσῃ ἀπέχεσθαι ἀπὸ τινος καὶ μὴ ὑπακούῃ τις, δῆλον ὅτι οὐχ ὁ νόμος κόλασιν παρέχει, ἀλλὰ ἡ ἀπειθεια καὶ ἡ παρακοή. Καὶ γὰρ πατὴρ ἰδίῳ τέκνῳ ἐνίοτε προστάσσει ἀπέχεσθαι τινῶν, καὶ **13** ἐπὶ οὐκ ὑπακούῃ τῇ πατρικῇ ἐντολῇ, δέρεται καὶ ἐπιτιμίας τυγχάνει διὰ τὴν παρακοήν· καὶ οὐκ **14** ἤδη αὐτὰ τὰ πράγματα πληγαὶ εἰσιν, ἀλλ' ἡ παρακοή τῷ ἀπειθοῦντι **15** ὕβρεις περιποιεῖται. **16** Οὕτως καὶ τῷ πρωτοπλάστῳ ἡ παρακοή περιποιήσατο ἐκβληθῆναι αὐτὸν ἐκ

multiplicari." Comp. c. 23. §. 5 (Opp. ed. Stieren. T. I) p. 549. not. 11. — Bodl. non ἔτι habet sed ἔστι, quod alia manus mutavit in καὶ ἔτι.

4. τὴν στερεὰν τροφήν] Hebr. 5, 12: χρεῖαν ἔχοντες γάλακτος καὶ οὐ στερεᾶς τροφῆς κτλ.

5. γέγονει] Ven.: in quo corrector augm. syll. male supplevit. Forma γεγόνει reperitur in Act. apost. 4, 22 ed. Lachm. et Tischend. Habent Bodl. et editi ἐγγέγονει.

6. ἐκέλευσεν] Ven.; vulg. — σε. Dein forte legendum ἀπὸ τοῦ ξύλου (s. καρποῦ) τῆς γνώσεως. Non

muto. — His consona scribit Irenaeus l. c. III. c. 23. §. 6: „non invidens ei lignum vitae, quemadmodum quidam audent dicere.“ Marcionem eiusque assecclas designare videtur, quoniam Theodoretus scribit eos docuisse serpentem meliorem esse et praestantiorum creatore, quod hic quidem arboris cognitionis participes esse vetuerit et ille permiserit.

7. τῇ ἐντολῇ αὐτοῦ] Genes. 2, 17. Male Thienem.: seinen Vorschriften.

8. ἐβούλετο] Ven.; vulg. ἠβούλετο.

9. Εἰ δὲ χρὴ . . . τῶν ὄλων]

est perciperet. Nam et nunc infans, quum natus fuit, nondum potest panem edere, sed primum lacte nutritur, deinde progrediente aetate etiam ad solidum cibum accedit. Idem quoque Adamo evenisset. Quapropter non invidens ei deus, ut quidam existimant, interdixit ne de scientia comederet. Praeterea etiam volebat eum experiri, an mandato ipsius obtemperaret. Simul vero etiam volebat diutius simplicem et sincerum permanere hominem puerascentem. Hoc enim sanctum est, non solum apud deum sed etiam apud homines, in simplicitate et innocentia subiici parentibus. Quodsi liberi subiecti esse parentibus debent, quanto magis deo et parenti omnium? Praeterea etiam indecorum est pueros infantes plūs sapere quam aetas postulat. Quemadmodum enim nemo crescit aetate nisi secundum ordinem, ita nec sapientiā. Tandem quum lex praescribit ut ab aliqua re abstinenceatur: si quis non paruerit, perspicuum est non legem esse causam supplicii, sed inobedientiam ac legis praetergressionem. Etenim pater filio suo interdum nonnullis rebus interdicit, ac si paterno mandato non paruerit, vapulat et mulctatur quia obsequi noluit: nec iam res ipsae sunt plagae, sed detrectata obedientia contumelias affert detrectanti. Sic et primo homini praetergressio mandati id attulit ut e paradiso eii-

Hebr. 12, 9. — Codd. msti et editi (exc. Humphr.) praemittunt haecce verba: *ἔτι δὲ χορὴ τὰ τέκνα τοῖς γονεῦσιν ὑποτάσσασθαι*: quae delēvi, quum eadem sententia iam comprehendatur antecedentibus: *τὸ ἐν ἀπλότ. καὶ ἀκακίᾳ ὑποτάσσασθαι τ. γονεῦσιν*. Cf. c. 28. n. 7.

10. *ἔστιν*] Ven.; vulg. *ἔστι*.

11. *πρὸς τάξιν*] H. e. quibusdam veluti gradibus sive paullatim. Codd. msti *πρόσταξιν*. Cf. c. 13. n. 2. Vulgo non *οὕτως* (Ven.) sed *οὕτω*.

12. *Ἄλλως τε*] Ita refingo sine mutatione ulla pro vulg. *ἀλλ' ὥστε*. Cf. Steph. I. c. Vol. I. p. 1554 sq. — Ven. *ἐπ' ἄν* (sic, cf. c. 26. n. 7), Bodl. et editi. (exc. Duc. Wolf. Mar. Humphr.) *ἐπ' ἄν*, pro *ἐπ' ἄν*, id quod supra cuncti recte suppeditant.

13. *ἐπ' ἄν*] Ven. et Bodl.; editi. (exc. Duc. Wolf. Humphr.) *ἐπ' ἄν*.

14. *ἤδη*] Ven. et Bodl. *ἤδε*.

15. *ὑβρεῖς*] Ven. et Bodl.; vulg. *ὑβριν*.

16. *Οὕτως*] Ven.; vulg. *οὕτω*.

τοῦ παραδείσου· οὐ μέντοι γε ὡς κακοῦ τι ἔχοντος τοῦ ξύλου τῆς γνώσεως, διὰ δὲ τῆς παρακοῆς ὁ ἄνθρωπος <sup>17</sup> ἐξήντηλυσεν πόνον ὀδύνην λύπην, καὶ τὸ τέλος ὑπὸ θάνατον ἔπεισεν. 103

26. <sup>1</sup> Καὶ τοῦτο δὲ ὁ θεὸς μεγάλην εὐεργεσίαν παρέσχεν τῷ **36** ἀνθρώπῳ, τὸ μὴ διαμεῖναι αὐτὸν εἰς τὸν αἰῶνα ἐν ἁμαρτίᾳ ὄντα. Ἀλλὰ τρῶπα τινὲ ἐν ὁμοιώματι ἔξορισμοῦ <sup>2</sup> ἐξέβαλλεν αὐτὸν ἐκ τοῦ παραδείσου, ὅπως διὰ τῆς ἐπιτιμίας τακτῶ ἀποτίσας χρόνῳ τὴν ἁμαρτίαν καὶ παιδευθεὶς ἐξ ὑστερόν ἀνακληθῆ. Διὸ καὶ πλασθέντος <sup>3</sup> τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῷ κόσμῳ τοῦτῃ μυστηριωδῶς ἐν τῇ Γενέσει γέγραπται, ὡς <sup>4</sup> δις αὐτοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ τεθέντος· ἵνα τὸ μὲν ἅπαξ ἢ πεπληρωμένον <sup>5</sup> ὅτε ἐτίθη, τὸ δὲ δευτέρον <sup>6</sup> μέλλῃ πληροῦσθαι μετὰ τὴν ἀνάστασιν καὶ κρίσιν. Οὐ μὲν **B** ἀλλὰ καὶ <sup>7</sup> καθάπερ σκευὸς τι, ἐπὰν πλασθὲν αἰτίαν τινὰ σχῆ, ἀναχωνεύεται ἢ ἀναπλάσσεται εἰς τὸ γενέσθαι καινὸν καὶ ὁλόκληρον, οὕτως γίνεται καὶ τῷ ἀνθρώπῳ διὰ θανάτου· <sup>8</sup> δυνάμει γὰρ τέθραυσται ἵνα ἐν τῇ ἀναστάσει ὑγιῆς εὐρεθῆ, λέγω δὲ ἄσπιλος καὶ δίκαιος καὶ ἀθάνατος. Τὸ δὲ καλέσαι καὶ εἰπεῖν τὸν **37**

17. ἐξήντηλυσεν] Ven.; vulg. —se. Pariter ille postea ἔπεισεν, non (ut Bodl. et edit.) ἔπεισε.

1. Καὶ τοῦτο κτλ.] Similiter Irenaeus adv. haer. III. c. 23. §. 6 (cf. supra c. 25. n. 6): „Eiecit eum de paradiso et a ligno vitae longe transtulit: non invidens ei lignum vitae, quemadmodum quidam audent dicere, sed miserans eius, ut non perseveraret semper transgressor, neque immortale esset quod esset circa eum peccatum, et malum interminabile et insanabile. Prohibuit autem eius transgressionem, interponens mortem et cessare faciens peccatum, finem inferens ei per carnis resolutionem, quae fieret in terra, uti cessans aliquando homo vivere peccato et moriens ei inciperet vivere deo.“ Similia docet, ut Maran. observavit, Ioannes Chrysosto-

mus, qui in eadem ac Theophilus ecclesia sacerdotii munere perfunctus est, Homil. 18 in Genes. — Maranus ante μεγάλην εὐεργ. excidisse putat ὡς particulam. Noli addere. Cf. Rost. Gr. Gramm. (ed. 7) p. 501. Vulgo παρέσχε pro παρέσχεν (Ven.).

2. ἐξέβαλλεν] Ven. et Bodl., Gesn. Duc. Mor. Caeteri edit. ἐξέβαλεν.

3. τοῦ] Ven. et Bodl. At editi omisere.

4. δις] Vide Genes. 2, 8 et 15.

5. ὅτε] Codd. msti et editi ποτε. Solus Humphr. edidit ὁποτε. Maran. coniecit ὅτε vel ποτε ὅτε.

6. μέλλῃ] Codd. msti et editi μέλλει. Literae H et EI saepe confunduntur: cf. c. 25. n. 14, al. — Adamus igitur iterum in paradiso collocabitur post resurrectionem et

ceretur; non sane quod mali quidquam inesset ligno scientiae, sed propter inobedientiam homo perpeſsus eſt labores dolores molestias, ac denique in mortem incidit.

26. Atque id deus in magni beneficii loco praestitit homini, ne in aeternum permaneret obstrictus peccato. Sed quodam veluti exilio damnatum eiecit eum e paradiso, ut, quum hac poena peccatum intra certum tempus expiasset ac castigatus fuisset, postea revocaretur. Quapropter etiam, quum homo formatus esset in hoc mundo, non sine mysterio res in Genesi sic refertur, quasi bis in paradiso collocatus fuisset: ita ut semel quidem impletum id fuerit quum [ibi] collocatus est, alterum autem adimplendum sit post resurrectionem et iudicium. Immo etiam quemadmodum vas, si postquam confectum fuerit vitii aliquid habeat, refunditur vel refingitur ut novum et integrum fiat, sic homini quoque accidit per mortem: quodam enim modo confringitur ut sanus in resurrectione inveniatur, id est mundus et iustus et im-

iudicium. Cf. c. 24. n. 4. Lactantius Instit. div. II. c. 12 de terrestri paradiso: „Deus ... eiecit hominem de paradiso ... ipsumque paradisum igni circumvallavit, ne homo posset accedere [Gen. 3, 24]: donec summum iudicium faciat in terra, et iustos viros cultores suos in eundem locum revocet morte sublata, sicut sacrae literae docent et Sibylla Erythraea, cum dicit: *Οἱ δὲ θεὸν τιμῶντες ... ἀπ' οὐρανοῦ ἀστερόεντος.*“ Hi Sibyllae versus etiam apud Theophilum nostrum infra c. 36. p. 114 D exstant: ubi consulas quae dixi n. 65.

7. *καθ' ἅπερ σκεῦθ' τι κτλ.*] Similia observavit Maranus haberi apud Clementem Ad Corinth. II. c. 8, Origenem Homil. 18 in Ierem. p. 166, Methodium De resurrect. p. 198, Gregorium Nyss. De anima Corp. Apoll. Vol. VIII.

et resurr., Ambrosium De fide resurr. I. II. — Ven. non *ἐπ' ἅν* sed *ἐπ' ἅν* (sic). Cf. c. 25. n. 12. Tum pro *οὕτως* (Ven.) vulg. *οὕτω*.

8. *δυνάμει γὰρ τέθραυσται*] Verbum *τέθραυσται* Wolfius de morte intelligendum negat. At profecto manifestum est ut de resurrectione ita etiam de morte hic agi, et vasis fracti exemplo hominem non solum „vi quadam fractum et delectum a deo,“ ut existimat vir eruditus, sed etiam mortuum designari. Neque etiam illud *δυνάμει* idem valet ac *vi quadam*, sed idem ac *quodammodo*. Sic supra c. 15 luna *δυνάμει ἀποθνήσκει*. Et c. 16 de raptoribus et homicidis: *δυνάμει γὰρ κατακίνοισιν τοὺς ἀσθενεστέρους ἐαυτῶν*. Maranus. Adde c. 13. p. 92 B. Optimam lectionem Thienemannus prava emendatione attentata

θεόν· <sup>9</sup> Πού εἰ Ἀδάμ; <sup>10</sup> οὐχ ὡς ἀγνοῶν τοῦτο ἐποίει ὁ θεός, ἀλλὰ μακρόθυμος ὢν ἀφορμὴν ἐδίδου αὐτῷ μετανοίας καὶ ἐξομολογήσεως.

27. Ἀλλὰ <sup>1</sup> φήσει οὖν τις ἡμῖν· Θνητὸς φύσει ἐγένετο ὁ ὁ ἄνθρωπος; Οὐδαμῶς. Τί οὖν ἀθάνατος; Οὐδὲ τοῦτό φαμεν. Ἀλλὰ ἐρεῖ τις· <sup>2</sup> Οὐδὲν οὖν ἐγένετο; <sup>3</sup> Οὐδὲ τοῦτο λέγομεν. <sup>4</sup> Οὔτε οὖν φύσει θνητὸς ἐγένετο οὔτε ἀθάνατος. Εἰ γὰρ ἀθάνατον αὐτὸν ἀπ' ἀρχῆς <sup>5</sup> πεποιήκει, θεὸν αὐτὸν πεποιήκει· πάλιν εἰ θνητὸν αὐτὸν πεποιήκει, ἐδόκει ἂν <sup>6</sup> ὁ θεὸς αἴτιος εἶναι

vit: ... τῷ ἀνθρώπῳ. Διὰ θανάτου δύναιμι γὰρ τέθρασται.

9. Πού εἰ Ἀδάμ] Genes. 3, 9.

10. οὐχ ὡς ἀγνοῶν] Haec quoque adversus haereticos dicta, qui ignorantem mundi opifici affingebant. Unde Tertullianus Adv. Marc. II. c. 25: „Interrogabat deus quasi incertus ut ... confessionis daret ei locum sponte confitendi delictum et hoc nomine relevandi.“ Maranus.

1. φήσει.] Henr. Dodwellus (Epistolary discourse that the soul is a principle naturally mortal, Lond. 1706, p. 45) legit φησι sine ratione. — Ὁ ἄνθρωπος i. q. ὁ Ἀδάμ, ut iam antea saepius.

2. Οὐδὲν] H. e. neque mortalis neque immortalis.

3. Οὐδὲ τοῦτο λέγομεν. Οὔτε οὖν] Codd. msti et editi οὐδὲ τοῦτο. ἐγὼ μὲν, οὔτε οὖν — „Nec hoc ipsum. Aio ego: Nec naturā fuit“ etc. Sed hanc lectionem male esse comparatam quisque videt. Dodwell. l. c. legit: Οὐδὲ ταῦτο, ἐγῶμαι (pro ἐγὼ οἶμαι). Οὔτε οὖν κτλ. Recte Wolfius, Lacrozii et Davisii monitu, pro ἐγὼ μὲν commendavit λέγομεν, id quod in textu posui, praesertim quam paullo ante deprehendatur Οὐδὲ τοῦτο φαμεν. Caeterum Dod-

wellus locum hunc ad suam sententiam de anima, naturā mortali, pertrahere conatus est; scilicet evincere studuit Theophilum animam pro naturaliter mortali habuisse, cuius immortalitas felix a Spiritu, per sanctum baptismum collato, infelix autem a divina voluntate pendeat. Contra Wolfius in edit. calce p. 455 sq. inter alia monuit haecce: „Ex Theophili sane verbis nihil effeceris aliud quam immortalitatem felicem pro praemio habendam esse, quod deus homini destinavit conferendum, si praeceptis divinis audientem se praestaret. Hoc praemium vero a nudo dei consilio seu voluntate repetit, quia nullum commemorat principium substantiale, quale Dodwellus fingit, a cuius nexu et vinculo immortalitas pendeat. Itaque patet animae hinc negari immortalitatem non quamcumque, sed eam quae absoluta sit, et divinae immortalitati par ac similis, ut eā homo non magis ac deus ipse excidere possit. Id patet ex verbis Theophili: Εἰ γὰρ ἀθάνατον αὐτὸν ἀπ' ἀρχῆς [ἐ]πεποιήκει, θεὸν αὐτὸν [ἐ]πεποιήκει. Hoc scilicet sibi vult pater optimus, deum voluntati suae id relictum voluisse ut anima a se creata, et aliquin

mortalis. Quod autem deus vocat et ait: *Ubi es Adam?* non quod ignoraret ita faciebat deus, sed, quum patiens sit, occasionem ei dabat poenitendi et confitendi.

27. Sed dicet aliquis nobis: Naturâ mortalis factus est homo? Minime. Num immortalis? Neque hoc dicimus. Sed dicet aliquis: Nihil ergo factus est? Neque hoc dicimus. Igitur nec naturâ mortalis nec immortalis factus est. Nam si immortalem eum ab initio fecisset, deum eum fecisset; rursus si mortalem eum fecisset, videretur deus causa mor-

non corrumpenda, perpetuitate aeterna donaretur. Patet quoque ex sequentibus Theophili verbis sermonem ipsi hîc esse de ea immortalitate, quae cum beatitate aeterna sit coniuncta. Ideo enim incorruptibilitatem connectit cum vita aeterna. "Εδωκε γάρ, inquit, ὁ θεὸς ἡμῖν νόμον καὶ ἐντολὰς ἀγίας, ἃς πᾶς ὁ ποιήσας δύναται σωθῆναι καὶ τῆς ἀναστάσεως τυχῶν κληρονομήσαι τὴν ἀφθαρσίαν. Sic supra [c. 24] immortalitas divinae similis cum ascensione in coelos coniungitur: ἔτι δὲ καὶ θεὸς ἀναδειχθεὶς, οὕτως καὶ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβῆ [.. ἔχων ἀϊδιότητα]. Atque ita locum Theophili accepit Dion. Petavius in Dogmat. theol. T. III. p. 173. Is enim, allatis Theophili verbis istis *Medius homo factus erat ut nec immortalis esset omnino neque prorsus mortalis sed amborum capax*, subiungit: *Nempe de immortalitate perfecta loquitur et qualis post resurrectionem est futura*. Si in hanc sententiam totius orationis series vertatur, nihil erit quod vel minimae voci vim inferre iubeat. Ita οἱ κλείονες [c. 19] de gentilibus doctoribus non accipientur: quos si petiisset Theophilus, indicio non ca-

rere sivisset orationem, quam in eiusmodi casu ad Autolyicum convertere consuevit."

4. Οὔτε οὖν φύσει κτ.] Similia habes apud Augustinum De civit. dei XIII. c. 23. *Kortholtus*. Medium hominis statum inter mortalitatem et immortalitatem et alii patres amplexi sunt, quos Petavius l. c. et Dodwellus in libro citato laudarunt. Sic Nemesius De nat. homin. c. 1 ait: 'Εβραῖοι τὸν ἀνθρώπον ἐξ ἀρχῆς οὔτε θνητὸν οὔτε ἀθάνατον γεγενῆσθαι φασιν, ἀλλ' ἐν μεθορίοις ἐκατέρως φύσεως, ἵνα, ἂν μὲν τοῖς σωματικοῖς ἀκολοθήσῃ πάθεισιν, περιπέσῃ καὶ ταῖς σωματικαῖς μεταβολαῖς, ἐὰν δὲ τῆς ψυχῆς προτιμήσῃ καλὰ, τῆς ἀθανασίας ἀξιωθῇ.

5. πεποιήκει] Ven. et Bodl. hîc et postea; editi ἐπεποιήκει.

6. ὁ θεὸς αἰτιος εἶναι τ. θαν.] Ita loquitur Theophilus ut occurrat haereticis deum creatorem mortis auctorem esse fingentibus. Dicebat enim Valentinus, teste Clemente Alex. Strom. IV. p. 509 [c. 31. §. 91], θανάτου γένεσιν ἔργον εἶναι τοῦ κτίσαντος τὸν κόσμον. Non tamen dicebant haeretici hominem innocentem morti addictum fuisse,



τοῦ θανάτου αὐτοῦ. Οὐτε οὖν ἀθάνατον αὐτὸν ἐποίησεν οὔτε μὴν θνητόν, ἀλλά, καθὼς <sup>7</sup> ἐπάνω προειρηγάμεν, δεκτικὸν ἀμφοτέρων, ἵνα, <sup>8</sup> εἰ δέψῃ ἐπὶ τὰ τῆς ἀθανασίας τηρήσας τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ, μισθὸν κομισθῆται παρ' αὐτοῦ τὴν ἀθανασίαν <sup>D</sup> καὶ γένηται Θεός, εἰ δ' αὖ τραπήῃ ἐπὶ τὰ τοῦ θανάτου πράγματα παρακούσας τοῦ Θεοῦ, αὐτὸς ἑαυτῶ ἀτιος ἢ τοῦ θανάτου. <sup>9</sup> Ἐλεύθερον γὰρ καὶ αὐτεξούσιον ἐποίησεν ὁ Θεός <sup>10</sup> τὸν ἄνθρωπον. <sup>11</sup> Ὁ οὖν ἑαυτῶ περιποιήσατο δι' ἀμελείας καὶ παρακοῆς, τοῦτο

sed sic ratiocinabantur: „Si deus bonus et praescius futuri et aver-tendi mali potens, cur hominem pas-sus est labi de obsequio legis in mortem circumventum a diabolo?“ Ita Marcionitae apud Tertullianum Adv. Marc. II. c. 5. Huius impietatis refellendae studio Theophilus, postquam demonstravit cap. praeced. mortem non deo attribuendam esse sed peccato, nunc concedit haereticis deum mortis auctorem futurum fuisse, si mortalem hominem creasset. Volebant iidem haeretici deum „conditorem intelligi malorum, ut et malitiae auctor renuntietur.“ At scite probat Tertullianus l. c. c. 14 nihil eos promovere nisi haec mala hominibus non malis inficta esse demonstrent. „Aut proba et injusta,“ inquit, „ut probes malitiae deputanda, id est iniustitiae mala, quia si iustitiae erunt, iam mala non erunt, sed bona, malis tantummodo mala.“ Hinc duas distinguit malorum species, mala culpae et mala poenae: agnoscit „auctorem malorum quidem peccati et culpae diabolum, malorum vero supplicii et poenae deum creatorem, ut illa pars malitiae deputetur, ista iustitiae mala contentis iudicia adversus mala delicti. . . . Quae quidem illis mala sunt quibus rependuntur, ceterum

suo nomine bona, qua iusta, et bonorum defensoria et delictorum inimica, atque in hoc ordine deo digna.“ *Maranus*.

7. ἐπάνω] C. 2A.

8. εἰ] Vulgo deest. Solus Humphr. in textu posuit; debetur Marani conjecturae, quam etiam Dan. v. Coelln (*Müncher's Lehrb. d. chr. Dogmengesch.* P. I. p. 335) recepit. Galland. (c. Mar. edit. Ven.) τηρήσας ante τὴν ἐντολὴν male omisit.

9. Ἐλεύθερον . . . τὴν ἀφθαρσίαν] Citavit liberius hunc locum Ioannes Damasc. in Sac. Parall. (Opp. ed. Lequien. T. II) p. 315 sq., ubi in marg. non sine gravi errato adscribitur Eleuther [i]o: quod quidem nomen absque dubio illi voci Ἐλεύθερον, qua locus incipit Theophilianus, originem debet.

10. τὸν] Mar. et Humphr. mendose praetermiserunt. Ioann. Dam.: Ἐποίησεν ὁ Θεός τὸν ἄνθρωπον ἐλεύθερον καὶ αὐτεξούσιον.

11. Ὁ οὖν] Gall. cum Ioann. Dam. temere scripsit ἵνα δ' et deinde δωρῆται. Locum editores et interpretes non intellexerunt. Reddiderunt: „Quod sibi ipse accersiverat, id ei nunc donat (Mar.: redonat) deus.“ Hosm., Roessl., interpr. Camp.: „Was er sich selbst zuge-

tis eius esse. Nec immortalem igitur eum fecit nec mortalem, sed, ut supra diximus, capacem utriusque: ut, si ad ea ferretur quae ducunt ad immortalitatem, observans mandatum dei, mercedem ab eo acciperet immortalitatem et deus fieret, si vero deflecteret ad ea quae ducunt in mortem, non obediens deo, ipse sibi mortis auctor esset. Liberum enim et sui iuris fecit deus hominem. Quod igitur sibi ipse negligentia et inobedientia accersiverat, id deus

zogen (interpr. Camp.: bereitet) hatte, das schenkt ihm nun Gott.“ Thienem., ne sententia secum pugnaret („denn was der Mensch sich selbst zuzog, hatte Gott nicht nöthig ihm erst noch zu schenken“), transtulit sic: „Was er sich entzog, das schenkt ihm Gott.“ Sed huc translationi obstat ἔ. περιποιήσατο (Io. Dam. ἐποίησεν), sibi comparaverat; ita mox: περιποιήσασθαι ἑαυτῶ τὴν αἰώνιον ζωὴν. Heumannus (Poecil. T. I. p. 514) coniecit legendum Ὁ οὐχ (pro οὐν) ἑαυτῶ περ. vel potius, ut connexio servetur, Ὁ οὐν ἑαυτῶ οὐ περ. = „Quod homo ipse sibi non comparavit, id ei nunc donat deus.“ Speciem habet haec coniectura, quae Noltio quoque placet, sed ex mea sententia non talem quae assensum extorqueat. Theophilus hinc opponit sibi invicem ea quae homo sibi liberi arbitrii abusu mala conciliarit pro bonis, et quae deus ipsi ex gratia largiatur bona, specialim immortalitatem, concessa scilicet facultate praeceptis divinis obediendi. Hanc esse mentem Theophili patet ex sententia addita: Καθάπερ γὰρ παρακούσας usque ad αἰώνιον ζωὴν. Nam in prioribus generatim monet hominem sibi incuria et inobedientia sua mali quid, nemp̄e mortem, de

qua paullo ante locutus erat, accersivisse, quod nunc ex gratia illi condonet deus, si homo ipsi obediat. Haec autem disertius in sequenti periodo explicat, mortem iterum commemorans, quam homo sibi contraxerit, et medium significans h. e. obedientiam seu legitimum liberi arbitrii usum, quo vitam sibi conciliare per dei gratiam possit. Δωρεῖσθαι et donare idem hinc est quod Latini alias dicunt condonare. Sic Cicero dicit donare alicui inimicitias, aes alienum, Ovidius donare culpam, Lucanus donare nefas. Simili ratione Paulus Coloss. 2, 13 deum ait χαρίσασθαι τὰ παραπτώματα, ad quem locum compares Grotii adnotationes. Itaque sensus est: deum condonare homini crimen promeritasque poenas, quas sibi negligentia et inobedientia contraxerat. — Pro τοῦτο ὁ θεὸς αὐτῶ νυνὶ (christiana aetate) Ioann. Dam. legit τοῦτο αὐτῶ γούν (Billius pro γούν in suo exemplari legebat νυνὶ, quod ex eius versione liquet) ὁ θεός. Idem vocem ἰδίας omisit. Ven. Bodl. Gesn. Duc. Mor. Mar. pro ὑπακούοντος αὐτῶ τοῦ ἀνθρώπου, quod Ioanni Dam. debeo, vitiose praebent ὑπακούοντας αὐτῶ τοὺς ἀνθρώπους. Fell. et Wolf. (iuxta Clauseri versionem) de-

ὁ θεὸς αὐτῷ νυνὶ δωρεῖται διὰ ἰδίας φιλανθρωπίας καὶ ἐλεημοσύνης, ὑπακούοντος αὐτῷ τοῦ ἀνθρώπου. Καθάπερ γὰρ παρακούσας <sup>12</sup> ὁ ἄνθρωπος θάνατον ἑαυτῷ ἐπεσπάσατο, οὕτως <sup>13</sup> ὑπακούσας τῷ θελήματι τοῦ θεοῦ ὁ βουλόμενος δύναται περιποιή-104σασθαι ἑαυτῷ τὴν αἰώνιον ζωὴν. <sup>14</sup> Ἐδωκεν γὰρ ὁ θεὸς ἡμῖν νομον καὶ ἐντολὰς ἀγίας, ἃς πᾶς ὁ ποιήσας δύναται σωθῆναι καὶ τῆς ἀναστάσεως τυχῶν <sup>15</sup> κληρονομήσαι τὴν ἀφθαρσίαν.

28. Ἐκβλήθεις δὲ Ἀδὰμ ἐκ τοῦ παραδείσου <sup>1</sup> οὕτως ἔγνω 38 Ἐὖαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, ἣν ὁ θεὸς ἐποίησεν αὐτῷ εἰς γυναῖκα ἐκ τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ. Καὶ τοῦτο δὲ οὐχ ὡς μὴ δυνάμενος κατ' ἰδίαν πλάσαι τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, ἀλλὰ προηπίστατο ὁ θεὸς ὅτι ἡμελλον οἱ ἄνθρωποι πληθύνειν θεῶν ὀνομάζειν. Προγνώστης οὖν Β ὦν καὶ εἰδὼς ὅτι ἡ πλάνη <sup>2</sup> ἡμελλεν διὰ τοῦ ὄψεως ὀνομάζειν πληθύνειν θεῶν τῶν οὐκ ὄντων (<sup>3</sup> ἐνός γὰρ ὄντος θεοῦ, ἔκτοτε ἤδη ἐμελέτα ἡ πλάνη πληθύνειν θεῶν ὑποσπείρειν καὶ λέγειν <sup>4</sup> Ἐσεσθε ὡς θεοί), μήπως οὖν <sup>5</sup> ὑπολημφθῆ ὡς ὅτι ὅδε μὲν ὁ θεὸς ἐποίησεν τὸν ἄνδρα, ἕτερος δὲ τὴν γυναῖκα, διὰ τοῦτο <sup>6</sup> οὐκ ἐποίησεν τοὺς δύο ἄμφω. <sup>7</sup> Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἴνα διὰ τούτου

derunt ex coniectura: ὑπακούοντας αὐτῷ ποιῶν τοὺς ἀνθρώπους. Lacrozius pro ποιῶν maluit ζωοποιῶν. Maranus suspicatus est legendum εἰς ὑπακούσαντας (sic) αὐτῷ τοὺς ἀνθρώπους. Gall. et Humphr. scripturam Io. Dam. textui inseruere.

12. ὁ] Ven.; vulgo omissum.

13. ὑπακούσας . . . δύναται] Ioann. Dam. ὑπακούων τῷ βουλήματι τοῦ θεοῦ δύναται. Malit Wolf. ita legere: ὑπακούσαι τῷ θεῷ. τ. φ. ὁ βουλ. δύν., qui voluntati dei obtemperare voluerit. Contra Heumannus (l. c. p. 515) eicienda putat verba ὁ βουλόμενος. Mutationem iam Maran. et Roessl. (p. 246) improbarunt. Cf. c. 35 (§. 51) p. 112 A.

14. Ἐδωκεν] Ven.; vulg. ἔδωκε.

Ioann. Dam. δίδωκε γὰρ ἡμῖν ὁ θεὸς ἐντολὰς ἀγ., ἃς πᾶς ὁ ποιῶν δ. σωθ. καὶ ἀναστάσεως τυχ. κληρονομήσει τ. ἀφθαρσίαν.

15. κληρ. τ. ἀφθαρσ.] 1 Cor. 15, 50.

1. οὕτως ἔγνω E. τ. γυν. α.] Genes. 4, 1.

2. ἡμελλεν] Ven., ἡμελλε Bodl., ἐμελλε Mar.

3. ἐνός . . . θεοί] In Mar. editione haec verba semicirculis non inclusa sunt, et punctum post θεοί peccato operarum habetur: idque confidenter repetiit Mignius: . . . θεοί. Μήπως οὖν κτλ. — Ven. et Bodl. semper ἔκτοτε legunt, quoties occurrit (e. g. cc. 29. 30. 31, lib. III. cc. 21. 27), at editi plerumque ἐκτότε (passim ἐκ τότε), quod semel commemorasse suffecerit.

ei nunc donat pro sua humanitate ac misericordia, si homo ipsi obediat. Quemadmodum enim homo non obediendo mortem sibi ipse contraxit, sic voluntati dei obsequendo potest qui voluerit aeternam vitam sibi conciliare. Dedit enim deus nobis legem et sancta praecepta, quae quisquis observaverit potest salutem assequi et compos resurrectionis factus haereditatem accipere conditionis a corruptione alienae.

28. Eiectus igitur Adamus ex paradiso sic cognovit uxorem suam, quam ei deus uxorem ex ipsius costa fecerat. Atque id quidem non quod separatim uxorem eius formare non posset, sed praenoverat deus multitudinem deorum ab hominibus inductum iri. Quum igitur praescius futurorum esset ac futurum videret ut error operâ serpentis multitudinem deorum non exstantium inveheret (licet enim unus sit deus, iam ex eo tempore meditabatur error multitudinem deorum clam serere et dicere *Eritis sicut dii*): ne igitur opinio admitteretur scilicet quod alius deus virum, alius mulierem fecerit, idcirco ambos separatim non fecit. Immo

4. Ἐσεσθε ὡς θεοί] Genes. 3, 5. — Cf. Semisch. *Justin d. Märt.* P. II. p. 394.

5. ὑπολημφθῆ ὡς ὄτι] Ven. Ad ὑπολημφθῆ in marg. corrector notavit ὑπονοηθῆ. Verbum ὑπονοηθῆ in Bodl. linea subductum est, in marg. autem ab alia manu adnotatum: γρ. ὑπολημφθῆ. Alexandrinam illam scripturam, in Ven. servatam, de qua velim consulas Sturzium De dial. maced. et alex. p. 130 sq., Lachmannus quoque et Tischendorfius in edit. N. T. probe retinuerunt, e. g. ἀνελήμφθην Act. apost. 1, 2. 11. 22. 10, 16. 1 Tim. 3, 16 et similiter λήμφομαι Matth. 10, 41. 19, 29. 20, 10. Marc. 12, 40. Ioann. 16, 14. 24 al. Cf. Al. Bullmann. *Gramm. d. neutest. Spr.* p. 54. Lectio Ven. et Bodl. ὡς ὄτι

non condemnanda. Editi ὑπονοηθῆ ὄτι.

6. οὐκ] Vulgo οὐν. Errorem iam Maranus vidit. Non enim binos creavit deus Adamum et Evam. Si separatim formasset Evam, tunc binos creasse diceretur. At Evam κατ' ἰδίαν formatam esse negat Theophilus. Eam simul (ἄμα) factam esse asseverat, non quod eodem temporis momento atque Adamus, sed quod ex Adami corpore formata sit. Pro ἐποήσεν (Ven.) hic et paulo ante editi —σε.

7. Οὐ μὴν ἀλλὰ καί] Hæc loquendi ratione (Klotz. ad Devar. Vol. II. p. 706) Theophilus valde delectatur: cf. cc. 26. 29. 30. 35, lib. III. cc. 18. 30. Particulam ἔνα, quæ vulgo deest, post καί repetendam esse etiam Heumannus (Pœcil.

1. ἔτεσιν τριάκοντα ὀκτώ] Ven. Bodl. Par. (ἔτεσι, sine ν, B. et P.); in Par. καὶ inter τριάκοντα et ὀκτώ supra lineam scriptum est. Etiam Gesn. Duc. Mor. ἔτεσι τριάκοντα ὀκτώ. Caeteri vero editores textui inseruerunt ἔτεσι κθ' (= 29), ineptam Felli coniecturam. Cf. supra c. 25. n. 17 a me exposita.

2. Τομύριδος ἐν Μασσαγετία] Ven. et Bodl. (et Par.?) itemque Gesn. μυριάδος ἐν μεσσαγγίαι (αι = α, Gesn. μεσαγγίαι), Duc. et Mor. μυριάδος ἐν Μεσαγγία. Prima nominis reginae syllaba ΤΟ cur

tam annorum seriem effluxisse decernens, nec quindecim myriades et ter mille et septuaginta quinque anni, ut Apollo-  
nium Aegyptium narrare supra diximus; nec mundus increa-  
tus est nec fortuito omnia fiunt, ut Pythagoras et caeteri  
nugati sunt, sed sane creatus et providentiâ regitur a deo qui  
omnia creavit: ac tempus omne et anni facile his demon-  
strantur qui veritati obtemperare volunt. Ne igitur videamur  
demonstrationem ad Cyrum quidem perduxisse, quae au-  
tem consecuta sunt tempora negligere, quasi ea demonstrare  
non possimus, deo dante consequentium quoque temporum  
ordinem conabor quoad fieri potest exponere.

27. Cyro igitur post regnum annorum triginta octo a  
Tomyride in Massagetia occiso, olympiade sexagesima se-  
cunda: iam ex eo tempore Romanorum res crescebant deo  
eos confirmante, quum urbs a Romulo, qui Martis et Iliæ  
filius perhibetur, condita fuisset olympiade septima, ante de-  
cimum septimum calendas Maii, quo tempore annus decem  
mensium numerabatur: — Cyro igitur mortuo, ut modo di-

omitteretur, effecit similis anteceden-  
tis praepositionis ὑπὸ syllaba ΠΟ.  
Ad veterum codd. vestigia prope ac-  
cedunt Fell. Wolf. Mar. Humphr. qui  
repperunt *Τομυρίδος* (*Τομυρίδος*  
M. et H.) ἐν *Μασσαγείᾳ* (translu-  
lit M. „apud Massagetas“). Cyrum  
a Tomyride reginâ Massagetarum  
trucidatum esse post Herod. I. c.  
205 sqq. multi retulerunt. Cf. Iu-  
stin. Hist. I. c. 8 et Euseb. Chron.  
ad Olymp. 62 (ed. Aucher. T. II)  
p. 201. Ducaeus male coniecit *Τομυ-  
ρίδος ἐν Μασσαγετῶν χώρᾳ*. Ma-  
luit Io. Buharius (Recherches et Dis-  
sertations sur Herodote p. 197) legi  
*Τομ. ἐν Ἀβασγίᾳ*, fretus auctori-  
tate Tzetzae, cui Hist. Chil. V. c. 17  
et XII. c. 451 Massagetae *Abasgi*  
(Ἀβασγοί) sunt. Nollius „ex Par.  
vestigis“: *Τομ. ἐν Μασσαγείᾳ*.

3. καὶ Ἰλίας] Par. addit: ὡς  
δὲ τινες Πέας *Συλβίας*. Quae verba  
scholion librarii continent. Constat  
enim matrem Romuli ab historicis  
maxime Rheam Sylviam, a poetis  
vero Iliam dictam esse. Cf. Virgil.  
Aen. I. 274 (278), Hor. Od. IV. 8.  
22, Ovid. Fast. II. 598. Paulo ante  
Ven. *ῥωμύλλον*. Mox tres codd. msti  
et Gesn. Duc. Mor. *τῇ πρὸ ε' καὶ ζ'*  
*καὶ Μ.* (= 15. Apr.) legunt, cae-  
teri vero editt. *τῇ πρὸ ε' καὶ α'*  
*καὶ Μ.* („undecimo calendas Maii“  
= 21. Apr.) effecerunt. Nam de Pa-  
lillius Plutarchus in vita Romuli ait:  
*ὅτι μὲν οὖν ἡ κτίσις γένοιτο τῇ*  
*πρὸ ἑνδεκα καλανθῶν Μαΐων ὁμο-*  
*λογεῖται*. Adde Iul. Solin. Polyh.  
c. 2. Non muto.

4. *δεκαμήνου*] Gesn. et Mor.  
δὲ *καμήλου*.



μεν ειρηκέναι, ὀλυμπιάδι ἐξηκοστῇ καὶ δευτέρῳ, <sup>5</sup> γίνεται καιρὸς ἀπὸ κτίσεως Ῥώμης ἕτη σκ', ᾧ καὶ Ῥωμαίων ἤρξεν Ταρκύνιος Σούπερβος τοῦνομα, ὃς πρῶτος ἐξώρισεν Ῥωμαίους τινὰς καὶ Β παῖδας διέφθειρεν καὶ σπάδοντας ἐγγωρίους ἐποίησεν· ἔτι μὴν καὶ τὰς παρθένους <sup>6</sup> διαφθεῖρων πρὸς γάμον ἐίδου. Διὸ <sup>7</sup> οἰκείως Σούπερβος ἐκλήθη τῇ Ῥωμαϊκῇ γλώσσῃ· ἐρμηνεύεται δὲ ὑπερήφανος. <sup>8</sup> Αὐτὸς γὰρ πρῶτος ἐδογματίσειν τοὺς ἀσπαζομένους αὐτὸν ὑπὸ ἐτέρου ἀντασπάζεσθαι. "Ὅς ἐβασίλευσεν ἔτεσιν κέ. Μεθ' ὃν ἤρξαν ἐνιαύσιοι ὕπατοι, χιλίαρχοι ἢ <sup>9</sup> ἀγορανόμοι ἔτεσιν υνγ', ὧν τὰ ὀνόματα καταλέγειν πολὺ καὶ περισσὸν ἡγούμεθα. Εἰ γὰρ τις βούλεται μαθεῖν, ἐκ τῶν ἀναγραφῶν εὐρήσει ὧν ἀνέγραψεν <sup>10</sup> Χρῦσεως ὁ νομεγκλάτωρ, ἀπελεύθερος γενόμενος <sup>11</sup> Μ. Αὐρηλίου Οὐήρου, ὃς <sup>12</sup> ἀπὸ κτίσεως Ῥώμης μέχρι τελευτῆς τοῦ ἰδίου πάτρωνος αὐτοκράτορος Οὐήρου σαφῶς πάντα ἀνέγραψεν, καὶ τὰ ὀνόματα καὶ τοὺς χρόνους. Ἐκράτησαν οὖν <sup>13</sup> Ῥωμαίων ἐνιαύσιοι, ὧς φαμεν, ἔτεσιν υνγ'. Ἐπειτα οὕτως ἤρξαν οἱ αὐτοκράτορες καλούμενοι· πρῶτος Γάιος Ἰούλιος, ὃς <sup>27</sup> ἐβασίλευσεν ἕτη γ' μῆνας δ' <sup>14</sup> ἡμέρας ἕξ. Ἐπειτα Αὐγουστος <sup>15</sup> ἕτη νς' μῆνας δ' ἡμέραν μίαν. Τιβέριος ἕτη κβ'. Εἶτα Γάιος

5. γίνεται] Ven. et Par. addunt ὄτε. Mox pro ᾧ καὶ, quod tres codd. msti tuentur, Fell. Wolf. Humphr. ᾧ καιρῷ dederunt. Sed potest καὶ tolerari et ᾧ ad antecedens καιρὸς referri. Pro ἤρξεν (Ven.) editi ἤρξε. Pariter posthac ἐξώρισε et διέφθειρε.

6. διαφθεῖρων] Ven. διέφθειρον, Bodl. διεφθείρων.

7. οἰκείως] Ven. εἰκείως, sed corrector emendavit.

8. Αὐτὸς γὰρ κτλ.] Hanc consuetudinem praetermisit Livius, cum facta enumeraret quae Superbo cognomen indiderunt (Lib. I. 49). Humphry. — Vulgo ἐδογματίσει.

9. ἀγορ.] Ven. ἀγαράνομοι.

10. Χρ. ὁ νομεγκλάτωρ] Ven.

et Bodl. χρῦσεως ὃν ὁ μὲν κλάτωρ. Par. χρῦσεως καὶ ἄλλοι ὧν ὁ μὲν κλάτωρ. Gesn. Duc. Mor. χρῦσερος (Χρῦσορος Mor.) ὃν (ὧν Duc.) ὁ μὲν κράτωρ. Caeteri editores, praeceuntibus Casaubono ad Spartiani Hadrianum c. 20 et Reinesio Var. lectt. l. I. p. 117, recta vocum distinctione legunt Χρῦσερος (Χρῦσερος Mar. et Humphr. male) ὁ νομεγκλάτωρ (νομενκλάτωρ Mar.). Accentum quod attinet, mallet Χρυσέρος (parox.) Wolfius; sed Χρῦσερος codicum retineo, quum scribatur etiam δῦσερος. Cf. Io. Fr. Ebert. Dissertk. Sicul. T. I (Regim. 1825) p. 153. Eius Chryserotis, qui servi calatoris officio aliquando apud M. Aurelium functus

ximus, olympiade sexagesima secunda, fit tempus ab urbe condita anni 220, quo etiam imperium Romanorum obtinebat Tarquinius cognomine Superbus, qui primus Romanos nonnullos eiecit et pueros vitiavit et cives spadones fecit; immo et virgines post stuprum in matrimonium dabat. Hinc proprie *Superbus* romana lingua dictus est: quod idem sonat ac graece *ὑπερήφανος*. Is enim primus sancivit ut qui ipsum salutarent ab alio resalutarentur. Regnavit annis 25. Post eum imperium obtinuerunt annui consules, tribuni et aediles annis 453, quorum nomina recensere longum et supervacaneum putamus. Haec enim si quis discere velit, reperiet in commentariis quos Chryseros scripsit nomenclator, M. Aurelii Veri libertus, qui a Roma condita usque ad obitum patroni sui imperatoris Veri clare omnia descripsit, et nomina et tempora. Romanis igitur praefuerunt annui magistratus, ut dicimus, annis 453. Postea imperarunt qui imperatores vocantur: primus Caius Iulius, qui imperavit annis 3 mensibus 4 diebus 6. Deinde Augustus annis 56 mensibus 4 die uno. Tiberius annis 22. Tum Caius alter annis 3 mensibus 8.

est, ἀναγραφὴ αὐτοκρατόρων ῥωμαϊκῶν a Iulio Caesare usque ad mortem M. Aurelii Veri repetita est in συναγωγῇ ἱστορικῶν, quam Eusebio iunxit Scaliger, Lugd. Bat. 1606. p. 400. De voce νομεγκλάτωρ, quam Graeci reddunt ὀνομακλήτωρ (Athen. II. p. 47, Lucian. Merc. cond. 12; coll. Lobeck. ad Phryn. p. 668) et ὀνοματολόγος (Plut. Cat. min. 8), vide Du Fresne in Glossario graecitatis s. v., ubi et emendationem loci Theophiliani istam probat, et Ios. Laurentium in Gronovii Thesaurο antiqu. graec. Tom. X. p. 1166. Vulgo ἀνέγραψε pro —ψεν (Ven.).

11. M. Ἀύρηλλου] Tres nostri codd. msti et Gesn. μανρηλλιον. Iam

Duc. et Mor. emendarunt. Mar. et Humphr. M. h. e. Μάρκων prae-termiserunt.

12. ἀπό] Fell. ὑπό errore. Dein μέχρι τῆς τελευτῆς ex Par. exhibuerunt Mar. et Humphr. Sed μέχρι (caelt. edd. μέχρις) τελευτῆς, ut infra, concinnius se habet ob praecedens ἀπό κτίσεως (sine artic.). Ven. πάτρονος. Idem ἀνέγραψεν, vulg. —ψε.

13. Ρωμ.] Par. et Mar. οἱ Ρωμ.

14. ἡμ. ξξ] Mor. ἡμέρας, mendose ξξ omisso. Editi (exc. Humphr.) Γαῖος, parox.

15. ἔτη νς'] Gesn. ἔτη νσ' mendo operarum; nam recte in versione Claus. 56.

ἕτερος ἔτη γ' μῆνας ἡ' ἡμέρας ζ'. Κλαύδιος <sup>16</sup> ἔτη ιγ' μῆνας ἡ' D ἡμέρας κδ'. Νέρων ἔτη ιγ' μῆνας ε' ἡμέρας κη'. Γάλβας <sup>17</sup> μῆνας ζ' ἡμέρας ε'. Ὀθων μῆνας γ' ἡμέρας ε'. Οὐτέλλιος μῆνας ε' ἡμέρας κβ'. <sup>18</sup> Οὐεσπασιανὸς ἔτη θ' μῆνας ια' ἡμέρας κβ'. Τίτος ἔτη β' ἡμέρας κβ'. Δομετιανὸς ἔτη ιε' μῆνας ε' ἡμέρας ε'. <sup>19</sup> Νερούας ἐνιαυτὸν μῆνας δ' ἡμέρας ι'. Τραϊανὸς ἔτη ιθ' μῆνας ἕξ ἡμέρας ιε'. Ἀδριανὸς ἔτη κ' μῆνας ι' ἡμέρας κη'. Ἀντωνίνος ἔτη κβ' μῆνας ζ' ἡμέρας ε'. <sup>20</sup> Οὐῆρος ἔτη ιθ' ἡμέρας ι'. Γίνεται οὖν ὁ χρόνος τῶν Καισάρων <sup>21</sup> μέχρι Οὐῆρου αὐτοκρά- 138 τορος τελευτῆς <sup>22</sup> ἔτη σκέ'. Ἀπὸ οὖν τῆς Κύρου τελευτῆς, Ῥωμαίων δὲ ἀρχῆς Ταρκυνίου Σουπέμβου, μέχρι τελευτῆς αὐτοκράτορος Οὐῆρου, οὗ προειρηκάμεν, ὁ πᾶς χρόνος συναγεται <sup>23</sup> ἔτη ψμά'.

28. <sup>1</sup> Ἀπὸ δὲ καταβολῆς κόσμου ὁ πᾶς χρόνος κεφαλαιωδῶς

16. ἔτη ιγ'] Codd. msti et editi manifesto errore ἔτη κγ' (= 23), ut ante me etiam Iac. Bueus in Actt. Sanctorum Octobr. Tom. VI (Tongerl. 1794. Fol.) p. 171 vidit.

17. μῆνας ζ'] Ven. plene scripsit μῆνας ἑπτὰ. Praemittuntur in codd. mstis et editis ἔτη β'. Hunc in errorem (Scalig. l. c. coniecit ἔτος α' legendum) minime Chryseros aut Theophilus prolapsi sunt, sed librarii.

18. Οὐεσπασιανὸς] Gesn. Duc. Mar. Οὐεσπασιανὸς, contra codd. mstos. In editione Mor. verba Οὐεσπασιανὸς ἔτη θ' μῆνας ια' ἡμέρας κβ' mendose exciderunt.

19. Νερούας κτλ.] H. Dodwellus (Dissertt. Cyprian. Append. §. 39. p. 54 sq.): „Qui mortem Nervae accurate designarint duos veterum habemus, Dionem et Eutropium. Dio apud Xiphilinum Nervae annum unum tribuit, menses quatuor, dies novem; annum similiter Eutropius (l. VIII) totidemque menses, sed dies

duntaxat octo. Nulla est in re ipsa discrepantia, sed in sola numerandi ratione. Uterque diem Ianuarii indicat XXVII. Sed Dio a XVIII Sept. numeravit, quo periit Domitianus, ad XVIII Ianuar. Inde nonum si numeres diem, incidet in illum quem dixi Ianuar. XXVII. Eutropius a XIV Kal. Octob. more romano ad XIV similiter Kal. Febr. Demtis VIII erit VI Kal. Febr. idem Ianuar. dies XXVII. Uterque numerus alterum invicem confirmat. Inde corrigendus apud Theophilum Chryseros. In numero dierum ἡ reponendum pro ι. Error admodum facilis est.“

20. Οὐῆρος] Ven. οὔηρος. Minime autem designatur Lucius Verus; Marci Aurelii Antonini in imperio socius, ut Tzschirnero (*Der Fall d. Heidenth.* T. I. p. 217) et Sendenio (*Gesch. d. Apologetik* P. I. p. 241) perperam visum est, sed ipse Marcus Aurelius Antoninus cognomine Philosophus, supra M. Ἀσρήλιος Οὐῆρος nomi-

diebus 7. Claudius annis 13 mensibus 8 diebus 24. Nero annis 13 mensibus 6 diebus 28. Galba mensibus 7 diebus 6. Otho mensibus 3 diebus 5. Vitellius mensibus 6 diebus 22. Vespasianus annis 9 mensibus 11 diebus 22. Titus annis 2 diebus 22. Domitianus annis 15 mensibus 5 diebus 6. Nerva anno uno mensibus 4 diebus 10. Traianus annis 19 mensibus 6 diebus 16. Hadrianus annis 20 mensibus 10 diebus 28. Antoninus annis 22 mensibus 7 diebus 6. Verus annis 19 diebus 10. Tempus igitur Caesarum usque ad mortem Veri imperatoris est annorum 225. A morte igitur Cyri, regno autem Tarquini Superbi, ad mortem imperatoris Veri, quem antea memoravimus, universum tempus colligitur annorum 741.

28. A mundo autem condito sic universum tempus sum-

natus (coll. c. 28), cuius libertus Chryseros commentarios ab urbe condita ad obitum patroni sui scripsit: in iis huic (Aurelio) Vero anni 19 tribuuntur; at ille (Lucius) Verus imperii consors fuit per annos dumtaxat octo.

21. μέχρσι] Codd. msti; μέχρσι Fell. et Wolf.

22. ἔτη σκε] Ven. et Bodl. ἔτη κη' (= 28), omisso σ (= 228). Par. ἔτη τικς' (= 326). Gesn. ἔτη κη'. Claus. in versione substituit „annos 237.“ Hinc reliqui editores effecerunt ἔτη σλζ', adnumerantes scilicet decem annos praeter fas imperio Claudii et duos Galbae adiectos. Cf. supra n. 16 sq. Scalig. l. c. per coniecturam scripsit ἔτη σικς' ἡμέραι ις', h. e. anni 226 dies 16. Bueus l. c., qui animum non advertit ad illos annos duos in Galbae imperio redundantes (n. 17), legi voluit ἔτη σικς' = 227. Equidem, prope ad veterum codd. mstorum vestigia accedens, ἔτη σικς' (226) refinxit,

quod totidem annos summa annorum antea expressa complectitur totidemque summa summarum 5695 a Theophilo c. 28 proposita requirit. Cfr. Synopsis supputationis Theophili in Prolegg. c. VII. Annis illis σλζ' editores, excepto Gesnero, addunt: ἡμέραι ε'. Dies enim, antea ab auctore allati, sunt 219: qui, si mensium tribus 30 dies et reliquis 31 assignemus, conficiunt m. 7 et dies 5. Sed verba ἡμέραι ε', quum absint a codd. mstis, censui omittenda esse.

23. ἔτη ψμα'] Codd. msti et editi ἔτη ψμδ', h. e. 744. Reposui A pro Δ: quae literae saepe a librariis (vide c. 24. n. 13) confunduntur. Cf. Cobet Nov. lectt. p. 196. 281. Efficitur ille numerus sic: 516 (a captivitate ad finem Consulium) + 225 (a Consulibus ad M. Aurelii mortem) = 741.

1. Ἀπὸ δὲ κτλ.] Praecipua chronologiae capita hoc in capite summam exponuntur. De numeris ibi memoratis consulas quae exposui c.

<sup>2</sup> οὕτως κατάγεται. Ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἕως κατακλυσμοῦ ἐγένε- 28  
νοντο ἕτη βσμβ'. Ἀπὸ δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ ἕως τεκνογονίας  
Ἀβραὰμ τοῦ προπατόρος ἡμῶν ἕτη αλς'. Ἀπὸ δὲ Ἰσαὰκ τοῦ  
παιδὸς Ἀβραὰμ ἕως οὗ ὁ λαὸς σὺν Μωσῆ ἐν τῇ ἐρήμῳ διέτριβεν B  
ἕτη χς'. Ἀπὸ δὲ τῆς <sup>3</sup> Μωσέως τελευτῆς, ἀρχῆς Ἰησοῦ υἱοῦ Ναυῆ,  
μέχρι τελευτῆς Δαυὶδ τοῦ πατριάρχου ἕτη υζη'. Ἀπὸ δὲ τῆς τε-  
λευτῆς Δαυὶδ, <sup>4</sup> βασιλείας δὲ Σολομῶνος, μέχρι τῆς παροικίας τοῦ  
λαοῦ ἐν γῆ Βαβυλῶνος ἕτη φη' <sup>5</sup> μῆνες ε' ἡμέραι ι'. Ἀπὸ δὲ  
τῆς Κύρου ἀρχῆς μέχρι αὐτοκράτορος Αὐρηλίου Οὐήρου τελευτῆς  
<sup>6</sup> ἕτη ψμα'. Ὁμοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου συνάγονται τὰ πάντα  
<sup>7</sup> ἕτη εχζε' καὶ οἱ ἐπιτρέχοντες μῆνες καὶ ἡμέραι. C

29. Τῶν οὖν χρόνων καὶ τῶν εἰρημένων ἀπάντων <sup>1</sup> συνη- 29  
θροισμένων, ὁρᾶν ἔστιν τὴν ἀρχαιότητα τῶν προφητικῶν γραμ-  
μάτων καὶ τὴν θεϊότητα τοῦ παρ' ἡμῖν λόγου, ὅτι οὐ πρόσφατος  
ὁ λόγος, <sup>2</sup> οὔτε μὴν τὰ καθ' ἡμᾶς, ὡς οἴονται τινες, μυθώδη καὶ  
ψευδῆ ἔστιν, ἀλλὰ μὲν οὖν ἀρχαιότερα καὶ ἀληθέστερα. <sup>3</sup> Καὶ γὰρ  
Βῆλον τοῦ Ἀσσυρίων βασιλεύσαντος καὶ Κρόνου <sup>4</sup> τοῦ Τιτᾶνος  
Θάλλος μέμνηται, φάσκων τὸν Βῆλον πεπολεμημέναι σὺν τοῖς  
Τιτᾶσι πρὸς τὸν Δία καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ θεοὺς λεγομένους, ἔνθα D  
φησὶν Καὶ <sup>5</sup> ὁ Γύγος ἠττηθεὶς ἔφυγεν εἰς Ταρτησσόν, τότε μὲν D  
τῆς χώρας ἐκείνης Ἀκτῆς κληθείσης, <sup>6</sup> νυνὶ δὲ Ἀττικῆς προσαγο-  
ρευομένης, ἧς <sup>7</sup> ὁ Γύγος τότε ἤρξεν. Καὶ τὰς λοιπὰς δὲ χώρας

24. n. 20. 25, c. 25. n. 1. 14, c. 27.  
n. 23. Cf. Prolegg. c. VII.

2. οὕτως] Ven.; vulg. οὕτω.

3. Μωσέως] Codd. msti atque  
editi Μωϋσέως (μωυσεος Ven. ma-  
nu correctoris), quae forma alibi  
nuspriam apud Theophilum occurrit.  
Mox editi ἀρχῆς δὲ. Ven. et Bodl.  
δὲ non agnoscunt; Par. καὶ ἀρχῆς.  
Tum Ναυῆ pro vulg. Ναυί (c. 24.  
n. 26) Theophilo restitui.

4. βασιλείας] Codd. msti; βα-  
σιλέως Due. Mor. Fell. Wolf.

5. μῆνες ε'] Codd. msti nec non  
Gesn. Duc. Mor. minus recte μῆνες η'.

6. ἕτη ψμα'] Codd. msti et editi  
ἕτη ψμδ'. Error ex capite praece-  
dente (n. 23) huc translatus.

7. ἕτη εχζε'] Ven. Bodl. Par.,  
item Gesn. Duc. Mor. At vero edi-  
tores caeteri praeunte Fello ex ge-  
nuina ista scriptura fecerunt ἕτη  
εχζη' = a. 5698.

1. συνηθροισμένων] Par. Wolf.  
Mar. Humphr., συνηρασμένων Ven.  
Bodl. Duc. Mor., συνηρασμένων  
Gesn., συνηρμένων Fell. Tum ἔστιν  
(Ven. Bodl.) solus Gesn. exhibet:  
reliqui ἔστι.

2. οὔτε] Humphr. οὐδὲ. Cf.

matim deducitur. A mundo condito usque ad diluvium anni fluxerunt 2242. A diluvio usque ad susceptum a proavo nostro Abrahamo filium anni 1036. Ab Isaaco filio Abrahami usque ad populi in deserto cum Mose commorationem anni 660. A morte Mosis, principatu Iosuae filii Nave, usque ad mortem Davidis patriarchae anni 498. A morte Davidis, regno autem Salomonis, usque ad transmigratiōnem populi Babylonicam anni 518 menses 6 dies 10. A Cyri regno usque ad mortem imperatoris Aurelii Veri anni 741. A condito mundo universum tempus collectum annos exhibet 5695 et qui excurrunt menses ac dies.

29. Temporibus igitur et iis omnibus quae diximus collectis, videre licet antiquitatem propheticorum librorum et divinitatem religionis nostrae: nec sane recens haec religio, nec instituta nostra, ut quidam existimant, fabulosa et mendacia sunt, sed [illorum placitis] utique antiquiora et veriora. Nam et Beli Assyriorum regis et Croni Titanis Thallus meminit, Belum referens cum Titanibus adversus Iovem et deos quos dicunt cum eo iunctos bellum gessisse: quo in loco ait Gygyum superatum fugisse Tartessum, qui quidem in ea regione regnavit quae tum Acte dicebatur, nunc vero Attica nominatur. Caeteras autem regiones et urbes, a quibus suas

Winer. *Gramm. d. neutest. Spr.* ed. 6. p. 435.

3. Καὶ γὰρ Βῆλον κτλ.] Cf. *Fragm. histor. graec.* ed. Car. Muller. Vol. III. p. 517 sq.

4. τοῦ Τιᾶνος Θάλλος] Ven. τοῦ τιτανωσθαλλος. Bodl. τοῦ τιτανῶ θαλλος. Par. corrupte τοῦ τιτᾶ νόθαλλος μεμνημένοι τινέσ φασὶ τὸν Βῆλον.

5. ὁ Γύγος] Ven. Bodl. Par. Fortasse Ὠγγος (Tatian. c. 39. n. 14. Pausan. IX. 5, 8), si quidem locus mutilus non est. Cf. n. 7. Wolf. et Humphr. monitu Meursii (De regg.

Athen. p. 12) scripserunt ὁ Γύγος (Horat. Od. II. 17 et III. 4), quod improbo. Tum Gesn. ἐπηθελς operarum vitio, a Duc. Mor. Fell. repetito.

6. νοῖ] Ven.; vulg. νῶν.

7. ὁ Γύγος] Ven. Bodl. Par. Fortasse Ὠγγος. Cf. n. 5. Etiam Wolf. susdente Meursio dedit Ὠγγος, Humphr. Ὠγγος. Dicit Meursius assentiente Wolfio: „Quis auctorum antiquorum Tartessum, Hispaniae urbem, apud quam Titanum pugnam accidisse tradit etiam Iustinus lib. 44 [c. 41], in Attica

καὶ πόλεις, ἀφ' ὧν τὰς προσωνυμίας ἔσχον, οὐκ ἀναγκαῖον ἡγοῦ-  
μεθα καταλέγειν, μάλιστα πρὸς σὲ τὸν ἐπιστάμενον τὰς ἱστορίας.  
Ὅτι μὲν οὖν ἀρχαιότερος ὁ Μωσῆς δεικνύται ἀπάντων συγγρα- 30  
φῶν (οὐκ αὐτὸς δὲ ἴδιος ἀλλὰ καὶ οἱ πλείους μετ' αὐτὸν προ-  
φῆται γενόμενοι) καὶ Κρόνου καὶ Βῆλου καὶ τοῦ Ἰλιακοῦ πολέμου,  
Ἰδὴ δὲ ἔστιν. Ἐκατὰ γὰρ τὴν Θάλλου ἱστορίαν ὁ Βῆλος προγε- 139  
νέστερος εὐρίσκεται τοῦ Ἰλιακοῦ πολέμου ἔτεσι κβ'. Ὅτι δὲ πρὸς  
ποῦ 10 ἔτεσι τῆ ἢ καὶ α προάγει ὁ Μωσῆς τῆς τοῦ Ἰλίου ἀλώ-  
σεως, ἐν τοῖς ἐπάνω δεδηλώκαμεν. Τοῦ δὲ Κρόνου καὶ τοῦ Βῆ-  
λου συνακμασάντων ὁμοσε, οἱ πλείους οὐκ ἐπίσταται τις ἔστιν  
ὁ Κρόνος ἢ τις ὁ Βῆλος. Ἐνιοὶ μὲν σέβονται τὸν Κρόνον καὶ  
τοῦτον αὐτὸν ὀνομάζουσι Βῆλ καὶ Βάλ, μάλιστα οἱ οἰκοῦντες 11 τὰ  
ἀνατολικά κλίματα, μὴ γινώσκοντες μήτε τις ἔστιν ὁ Κρόνος μήτε  
τις ἔστιν ὁ Βῆλος. Παρὰ δὲ Ῥωμαίοις Σατοῦρνος ὀνομάζεται·  
οὐδὲ γὰρ αὐτοὶ 12 γινώσκουσιν τις ἔστιν αὐτῶν, πότερον ὁ Κρό- B

memoravit? Certe neque hoc Theo-  
philus dixit; quin existimo mutila-  
tam esse locum et narrationem illic  
aliam excidisse. Itaque hoc V. D.  
praeceunte Humphreius censuit eden-  
dum: καὶ ὁ Γύγης ἠττηθεὶς ἔφω-  
γεν εἰς Ταρτησσόν \* \* \* τότε μὲν  
τῆς χώρας κτλ. Argutius quam ve-  
rius B. G. Niebuhrius (*Kl. hist. u.  
phil. Schrift.* P. I, Bonn. 1828, p.  
211) lacunam explevit sic: Ταρ-  
τησσόν, τότε μὲν τῆς χώρας ἐκεί-  
νης [Ταρτάρου λεγομένης,  
ᾧ σπερ] Ἀκτῆς κληθείσης κτλ.  
Nempe Thallum istam nominis muta-  
tionem illustrasse comparata Attica,  
quae olim Acte dicta sit. Mullerus  
l. c. locum interpolavit hoc modo:  
ἔφθα φησὶν· Κρόνος ἠττηθεὶς  
ἔφωγεν εἰς Ταρτησσόν, [Ἐγγυος  
δὲ εἰς τὴν ἀπ' αὐτοῦ ὀνο-  
μασθεῖσαν Ἐγγύϊαν,] τότε  
μὲν κτλ. Moversius (*Das phoeniz.  
Alterthum* P. II. p. 61) nihil muta-

vit: „Gygos ist in dieser Stelle in  
der Weise der später historisirenden  
Mythenbehandlung mit dem attischen  
Könige combinirt.“ Quid? Sunt for-  
tasse qui fide et periculo suo pro  
Ταρτησσόν mutatione paene nulla  
(*Γ ex T:* lib. I. c. 3. n. 11) libra-  
riis ignotum Γαργησσόν legere  
iuberent, δῆμον Atheniensem; cf.  
Strab. VIII. 377.

8. δῆλόν ἔστιν] Par. δῆλόν  
ἔστι. Caeteri codd. msti, Gesn.  
Duc. Mor. Fell. haec verba omise-  
runt.

9. Κατὰ . . . ἢ τις ὁ Βῆλος]  
Haec verba Lactantius Institt. div. I.  
c. 23 (Opp. ed. Fritzsche P. I) p. 59  
citavit: „Theophilus in libro de tem-  
poribus ad Autolycom scripto ait, in  
historia sua Thallum dicere quod Bel-  
lus, quem Babylonii et Assyrii col-  
lunt, antiquior Troiano bello fuisse  
inveniat CCCXXII annis: Belum  
autem Saturno aequalem fuisse, et

appellationes habuerint, necessarium non arbitror recensere, praesertim apud te qui in historiis versatus es. Liquet igitur Mosen antiquiorem esse omnibus scriptoribus (nec vero ipsum solum sed etiam plerisque post eum prophetas) et Crono et Belo et Iliaco bello. Nam secundum Thalli historiam Belus antiquior invenitur Iliaco bello annis 322. Mosen autem ferme annis 900 vel etiam 1000 ante Ilium expugnatum exstitisse supra demonstravimus. Quum autem Cronus et Belus aequales fuerint, plerique ignorant quis sit Cronus aut quis Belus. Nonnulli quidem Cronum colunt, et eundem Bel et Bal appellant, ii praesertim qui regiones orientales incolunt, nec tamen sciunt quis sit Cronus aut Belus. Apud Romanos autem Saturnus vocatur: nam nec ipsi sciunt uter sit, utrum Cronus an Belus. Olympiades autem

utrumque uno tempore adolevisse. Quod adeo verum est, ut ratione ipsa colligi possit.“ Wolfius: „Thalli lapsum  $\tau\alpha\beta'$ , quem secutus est Theophilus et deinde Lactantius, ostendit luculenter Pererius in Comment. ad Dan. 1. 16. c. 14 et in Disput. de LXX Septimanis lib. 2. part. 1.“ Des-Vignoles Chronologie de l'hist. sainte T. I. p. 609 inter alia ait: „Au lieu de 332 [ap. Lact.] il devoit lire 932. En voici la preuve: Bélus a régné 55 ans, selon Syncelle, qui apparemment a suivi Jules-Africain. Ajoutons-y les 42 ans de Ninus, qui précèdent la Chronique d'Eusébe, et le nombre 835 de cette Chronique, où Eusébe met la prise de Troie, nous aurons justement 932 ans, depuis le commencement de Bélus jusqu'à la prise de Troie, ou 922 jusqu'au commencement de la guerre.“

10.  $\xi\tau\epsilon\sigma\iota \tau\omega' \eta' \kappa\alpha\iota \alpha$ ] Ven. recte (h. e. annis 900 vel etiam 1000),  $\xi\tau\epsilon\sigma\iota \tau\omega \kappa\alpha\iota \lambda'$  Bodl.,  $\xi\tau\epsilon\sigma\iota \tau\omega\eta \kappa\alpha\iota \chi\iota\lambda\lambda\omicron\iota\varsigma$  Par.,  $\xi\tau\epsilon\sigma\iota \eta \kappa\alpha\iota \lambda$

Gesn. Duc. Mor. (sed „annis 938“ Claus., quasi graece esset  $\xi\tau\epsilon\sigma\iota \tau\omega\lambda\eta'$ ),  $\xi\tau\epsilon\sigma\iota \tau\omega' \kappa\alpha\iota \lambda'$  (= 930) Fell.,  $\xi\tau\epsilon\sigma\iota \tau\omega' \eta' \kappa\alpha\iota \chi\iota\lambda\lambda\omicron\iota\varsigma$  Wolf. Mar. (is operarum errore  $\zeta'$  pro  $\tau\omega'$ ) Humphr. Etiam c. 21 auctor ait Mosen  $\pi\rho\gamma\epsilon\nu\epsilon\sigma\tau\epsilon\rho\omicron\nu$  esse  $\acute{\epsilon}\nu\alpha\kappa\omicron\sigma\iota\omicron\nu\varsigma \eta' \kappa\alpha\iota \chi\iota\lambda\lambda\omicron\iota\varsigma$  [ $\acute{\epsilon}\nu\iota\alpha\nu\tau\omicron\upsilon\theta\grave{\eta}$ ]  $\pi\rho\delta \tau\omicron\upsilon \acute{\iota}\lambda\iota\alpha\kappa\omicron\upsilon \pi\omicron\lambda\epsilon\mu\omicron\nu$ . Mign., ut assolet,  $\text{Μωϋσῆς}$  contra codices, qui  $\text{Μωσῆς}$  constanter (cc. 9. 18. 19. 20. 23. lib. II. cc. 10. 35) tuentur. Duc. Mor. Mar. (etiam Gall. et Mign.)  $\acute{\iota}\lambda\iota\alpha\kappa\omicron\upsilon$  mendose pro  $\acute{\iota}\lambda\lambda\omicron\nu$ . 11.  $\tau\alpha$ ] Fell. operarum vitio omisit.

12.  $\gamma\iota\nu\acute{\alpha}\sigma\kappa\omicron\upsilon\sigma\iota\nu$ ] Fell. Wolf. Humphr.— $\sigma\iota$ . Deinde editores praeter Wolf. et Humphr.:  $\tau\iota\varsigma \acute{\epsilon}\sigma\tau\iota\nu \alpha\upsilon\tau\omega\acute{\nu} \pi\rho\tau\epsilon\rho\omicron\nu$ ,  $\acute{\omicron} \text{Κρ. } \eta' \acute{\omicron} \text{Βῆλ. } \text{“} \text{Ὅση μὲν κτλ.}$  Veram scripturam  $\pi\acute{\omicron}\tau\epsilon\rho\omicron\nu$  Ven. Bodl. Par. firmant. Scilicet Romani ignorant, ex quo demum Saturnus suus effectus sit, utrum ex Crono an ex Belo.  $\text{Βῆλ}$  (Ven.  $\beta\eta\lambda$ )  $\text{“} \text{Ὅση}$  natum est imma-



νος ἢ ὁ Βῆλος. Ἡ μὲν οὖν ἀρχὴ τῶν ὀλυμπιάδων ἀπὸ <sup>13</sup> Εἰφίτου, φασίν, ἔσχηκεν τὴν θρησκείαν, κατὰ δὲ τινὰς ἀπὸ <sup>14</sup> Λιμοῦ, ὃς καὶ Ἰλιος ἐπεκλήθη. Ὁ μὲν οὖν ἀριθμὸς τῶν ἐτῶν καὶ ὀλυμπιάδων ὡς ἔχει τὴν τάξιν, ἐν τοῖς <sup>15</sup> ἐπάνω δεδηλώκαμεν. Τῆς **31** μὲν οὖν <sup>16</sup> ἀρχαιότητος τῶν παρ' ἡμῖν πραγμάτων καὶ τῶν χρόνων τὸν πάντα ἀριθμὸν κατὰ τὸ δυνατόν οἶμαι τὰ νῦν ἀκριβῶς εἰρησθαι. Εἰ γὰρ καὶ ἔλαθεν <sup>17</sup> ἡμᾶς χρόνος, εἰ τύχοι εἰπειν <sup>18</sup> ἔτη ν' ἢ ρ' ἢ καὶ σ', οὐ μέντοι μυριάδες ἢ χιλιάδες ἐτῶν, καθὼς προειρήκασιν <sup>19</sup> Πλάτων καὶ Ἀπολλώνιος καὶ οἱ λοιποὶ ψευδοῦς ἀναγράφαντες. Ὅπερ ἡμεῖς <sup>20</sup> τὸ ἀκριβὲς ἴσως ἀγνοοῦμεν, ἀπάντων τῶν ἐτῶν τὸν ἀριθμὸν, διὰ τὸ μὴ ἀναγεγράφθαι ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις τοὺς ἐπιτρέχοντας μῆνας καὶ ἡμέρας. <sup>21</sup> Ἐτι δὲ περὶ ἃν φάμεν χρόνων συνάδει καὶ Βῆρωσος, ὁ παρὰ Χαλδαίοις φιλοσοφῆσας καὶ μὴνύσας <sup>22</sup> Ἐλλῆσιν τὰ Χαλδαϊκὰ γράμματα, ὃς ἀκολούθως τινὰ εἴρηκεν τῷ Μωσεῖ περὶ τε κατακλυσμοῦ καὶ ἐτέρων πολλῶν ἕξιστορῶν. <sup>23</sup> Ἐτι μὴν καὶ τοῖς προφήταις Ἰερεμιά D

tura vocum separatione, ut iam Vossius ad Velleium Paterc. I. c. 8 notavit. Pro οὖν Wolf. ἦν errato typographico.

13. Εἰφίτου] Ven. et Bodl., Gesn. Duc. Mor. Obtrudit Par. Ἰφίτου, et editores inde a Fello Ἰφίτου. Cf. Al. Buttmann. Gramm. d. neutest. Spr. p. 5. Illico Maranus, non intelligens φασίν parenth. dictum (c. 20. n. 4), scripsit φασίν ἔσχηκένας. Idem Palaecappae accidit in Par.

14. Λιμοῦ] Ven. Bodl. Par., item Gesn. Caeteri editores nescio cur Λινοῦ (Λίνου Humphr. et Mign. immutata etiam accentu) fecerint ex illa codicum scriptura, praesertim quum hoc in argumento nusquam fiat mentio Lini. Quid? Fortasse legendum ὃς καὶ Ἡλεῖος ἐπεκλήθη, quae verba ad Iphitum referantur Eleum. Incondita est vocis Ἰλιος forma, ut iam Wolf. monuit.

15. ἐπάνω] C. 27.

16. ἀρχαιότητος τῶν παρ' ἡμῖν πραγμάτων] Ven. et Bodl. ἀθεότητος τῶν παρ' ἡμῖν πραγμάτων. Sic Par. quoque, nisi quod ἡμῖν in ὑμῖν mutavit. Editi ἀθεότητος τῶν παρ' ὑμῶν (ὑμῖν Humphr.) πραγμάτων. Sed vocem ἀρχαιότητος non dubito reponere. Cf. c. 23. p. 133 B. Wolfius memoravit emendationem illam iam a Dodwello (in Diss. msta de Theophili aetate) esse commendatam: quemadmodum idem V. D. paullo post pro πραγμάτων substituerit δογμάτων. Melius scripsisset γραμμάτων, si ad initium huius capituli (comp. c. 1 al.) respexisset. Sed, ut etiam Thienem. cognovit, vulgata lectio πραγμάτων proba est.

17. ἡμᾶς] Tres codd. msti, Wolf. Gall. Humphr. Caeteri editi. ἡμῶν.

18. ἔτη ν' ἢ ρ' ἢ καὶ σ'] Ven.

coeperunt ab Iphito, ut aiunt, cultum habere, aut ut alii volunt a Limo, qui et Ilius cognominatus est. Numerus annorum et olympiadum quem ordinem habeat supra demonstravimus. Antiquitatis ergo rerum nostrarum et annorum omnem numerum arbitror quoad fieri potest accurate propositum esse. Etiam si enim nos latuerit tempus, verbi gratia annorum 50 aut 100 vel etiam 200, non tamen annorum millia et decem millia, ut Platoni et Apollonio et caeteris mendacibus scriptoribus placuit. Quod quidem, omnium annorum numerum, nos accurate forsitan non scimus, quia in sacris libris descripti non fuere superfluentes menses et dies. Praeterea de his quae dicimus temporibus consentit etiam Berossus, qui apud Chaldaeos philosophatus est et Graecis cognoscendas tradidit literas Chaldaicas: is Mosi consentaneae nonnulla dixit de diluvio et pluribus aliis historiis. Immo et cum prophetis Ieremia et Daniele ex parte consentanea

Mar. Humphr., *ἐτη ν' ἡ ρ' καὶ σ'* Bodl. caeterique editt., *ἐτη ν' ἡ καὶ σ'* Par. Lubenter Theophilus *ἡ καὶ* dicit; cf. n. 10.

19. Πλ. κ. Ἀπολλ.] Cf. cc. 16 et 26. Par. καθὰ (c. 19. n. 8). Ven. προειρήκασιν, vulg. —σι.

20. τὸ ἀκριβές] Mar. coniecit legendum εἰς τὸ ἀκριβές. „Praepositio facile omitti potuit ob similem sonum syllabae praecedentis.“ Tamen ferri potest vulg lectio.

21. Ἐτι] Marano suadente in textu posui pro vulg. ὄτι. Utraque vox alibi quoque in codd. commutata est, ut lib. II. c. 3. n. 13 animadverti. Humphr. *ἐτι δὲ καὶ*. Haec Berossiana Theophilus ex Iosepho c. Apion. I. cc. 19. 21 hausit; repetita sunt a Bunseno *Aegypten's Stelle in der Weltgeschichte* Lib. III (Urkundenb.) p. 112 et a Mullero l. c. Vol. II. p. 508. — Corn. Anoll. Vol. VIII.

M. v. Niebuhr *Gesch. Assur's u. Babel's* p. 12: „Nur hat Theophilus, weil Josephus die Zerstörung Jerusalem's unter den *πράξεις* des Nabopolassar aufzuführen scheint, geschlossen, Berossos schreibe die Zerstörung des Tempels dem Nabopolassar zu, nenne also den Nebukadnezar: Nabopolassar. Denn Ἀβοβάσσαρος [cf. n. 24] ist offenbar nur Corruption von Nabopolassar.“

22. Ἐλλησιν] Ven. Bodl. et editi, praeter Fell. Wolf. Humphr. Mign. qui Ἐλλησι habent. Mox vulgo *εἰρηκε*, pro *εἰρηκεν* (Ven.). Fell. dedit *Βήρωσος*, codd. msti et caeteri editt. *Βήρωσος*, Bunsen. *Βήρωσος*. Graecae consuetudini *Βήρωσος* videtur convenire. Cf. ad Tatian. c. 36. n. 9. Dein Mign. *Μωύσει*.

23. Ἐτι] Mor. *ἐτη* vitiose. An-

καὶ Δανιὴλ σύμφωνα ἐκ μέρους εἴρηκεν· <sup>21</sup> τὰ γὰρ συμβάντα τοῖς Ἰουδαίοις ὑπὸ τοῦ βασιλέως Βαβυλωνίων, ὃν αὐτὸς ὀνομάζει Ναβοκαλάσσορον, κέκληται δὲ παρὰ Ἑβραίοις Ναβουχοδονόσορ. <sup>25</sup> Μέννηται καὶ περὶ τοῦ ναοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις ὡς ἠρημῶσθαι ὑπὸ τοῦ Χαλδαίων βασιλέως, καὶ ὅτι, Κύρου τὸ δεύτερον ἔτος βασιλεύσαντος τοῦ ναοῦ τῶν θεμελίων τεθέντων, Δαρείου πάλιν βασιλεύσαντος τὸ δεύτερον ἔτος ὁ ναὸς ἐπετελέσθη.

30. <sup>1</sup> Τῶν δὲ τῆς ἀληθείας ἱστοριῶν Ἑλληνες <sup>2</sup> οὐ μέμνην-140  
ται, πρῶτον μὲν διὰ τὸ νεωστὶ αὐτοὺς τῶν γραμμάτων τῆς  
ἐμπειρίας μετόχους γεγενῆσθαι· καὶ αὐτοὶ <sup>3</sup> ὁμολογοῦσιν φάσκον-  
τες τὰ γράμματα εὐρησθαι, οἱ μὲν παρὰ Χαλδαίων, οἱ δὲ <sup>4</sup> παρὰ  
Αἰγυπτίων, ἄλλοι δ' αὖ <sup>5</sup> ἀπὸ Φοινίκων· δεύτερον ὅτι ἔπταιον  
καὶ <sup>6</sup> πταίουσιν, περὶ θεοῦ μὴ ποιούμενοι τὴν μνείαν ἀλλὰ περὶ  
ματαίων καὶ ἀνωφελῶν πραγμάτων. <sup>7</sup> Οὕτως μὲν γὰρ καὶ Ὀμή-  
ρου καὶ Ἡσιόδου καὶ τῶν λοιπῶν ποιητῶν <sup>8</sup> φιλοτιμῶς μέμνην-  
ται, τῆς δὲ τοῦ ἀφθάρτου καὶ μόνου θεοῦ δόξης οὐ μόνον  
ἐπελάθοντο ἀλλὰ καὶ κατελάλησαν· ἔτι μὴν καὶ τοὺς σεβομένους Β  
αὐτὸν ἐδίωξαν καὶ τὸ καθ' ἡμέραν διώκουσιν. Οὐ μὴν ἀλλὰ  
καὶ <sup>9</sup> τοῖς εὐφώνως ὑβρίζουσι τὸν θεὸν ἄθλα καὶ τιμὰς τιθέα-  
σιν, τοὺς δὲ σπεύδοντας πρὸς ἀρετὴν καὶ ἀσχοῦντας βίον ὄσιον,  
οὓς μὲν ἐλιθοβόλησαν, οὓς δὲ ἐθανάτωσαν, καὶ ἕως τοῦ δεῦρο  
ᾧμοις αἰκισμοῖς <sup>10</sup> περιβάλλουσιν. Διὸ οἱ τοιοῦτοι ἀναγκαιῶς  
ἀπάλεσαν τὴν σοφίαν τοῦ θεοῦ καὶ τὴν ἀλήθειαν οὐχ εὖρον.

tea τῶν loco τε Fell. exhibit. Tum  
vulg. εἴρηκε, non —κεν (Ven.).

24. τὰ γὰρ συμβάντα] Scil.  
εἴρηκεν. Muller. mallet τὰ γε συμ-  
βάντα. Mar. et Humphr. ex Par.  
(inutilem emendationem librarii) edi-  
derunt τῶν γὰρ συμβάντων . . .  
μέννηται. Ἔτι δὲ καὶ κτλ. Quo  
quidem in contextu μέμνηται clau-  
dicante pede sequitur. Cf. n. 25.  
Pro Ἀβοβάσσορον, quod in omni-  
bus codd. mslis et editis comparet,  
iam Hosmann. recte iudicavit repo-

nendum Ναβοκαλάσσορον. Cf. su-  
pra n. 21.

25. Μέννηται καὶ] Ven. et  
Bodl., Gesn. Duc. Mor., item Fell.  
et Wolf., nisi quod uterque editor in-  
eptam intulit interpunctionem. Mar.  
et Humphr. ex Par. receperunt Ἔτι  
δὲ καὶ, scil. μέμνηται. Cf. n. 24.

1. Τῶν δὲ κτλ.] Perorat Theo-  
philus librum, duplicem causam af-  
ferens cur nostros scriptores non  
commemorent Graeci.

2. οὐ] Fell. omisit mendose.

tradidit: nempe ea quae Iudaeis evenerunt sub rege Babyloniorum, quem ipse Nabopalassarum, Hebraei autem Nabuchodonosor appellant. Mentionem fecit etiam templi Hierosolymitani quomodo a rege Chaldaeorum solo aequatum sit, atque ut, fundamentis templi anno secundo regis Cyri iactis, rursus anno secundo Darii regis templum absolutum fuerit.

30. Historiarum ad veritatem pertinentium Graeci non meminere, primum quidem quia recenter ipsi literarum cognitionis participes facti sunt: quod quidem ipsi confitentur dum literas dicunt inventas, alii quidem a Chaldaeis, alii autem ab Aegyptiis, rursus alii a Phoenicibus: deinde vero quia aberraverunt et aberrant, dum dei mentionem non faciunt sed inanum et inutilium rerum. Sic enim et Homerum et Hesiodum et reliquos poetas studiose commemorant, incorrupti vero et unici dei maiestatem non modo oblivioni tradiderunt sed etiam maledictis impugnarunt: insuper et dei cultores persecuti sunt et quotidie persequuntur. Immo etiam iis qui eleganti voce convitiantur deo praemia et honores posuerunt, qui autem properant ad virtutem et sanctam vitam exercent, horum alios lapidibus obruerunt, alios interfecerunt, et eos ad hoc usque tempus crudelibus cruciatibus subiciunt. Quare tales homines necessario amiserunt sapien-

3. ὁμολογοῦσιν] Ven.; vulg. sine v.

4. παρὰ] Ven.; vulg. παρ'.

5. ἀπό] Legendum videtur ὑπό. Maranus.

6. πταίουσιν] Ven.; vulg. πταίουσι.

7. Οὕτως] Ven.; vulg. οὕτω. Mox καὶ ante Ὁμήρου Gall. (c. Mar. edit. Ven.) omisit.

8. φιλοτίμως] Ven. erasis a correctore duobus literis offert φιλλίμως, unde φιλοτίμως recte re-

finxi. Idem exstat lib. I. c. 14. §. 20. Bodl. et Par. φιλίμως. Sic etiam editi male: praeter Wolf. et Humphr., qui φιλικῶς pro voce illa nihili infelicitur substituerunt.

9. τοῖς . . . τιθέασιν] Iustinus Apol. I. c. 4: κἀκείνων τὰ διδάγματα οἱ μετερχόμενοι οὐκ εἰργονται πρὸς ὑμῶν, ἅθλα δὲ καὶ τιμὰς τοῖς εὐφάνως ὑβρίζουσι τούτους τίθετε.

10. περιβάλλουσιν] Ven.; vulg. —σι.

*Εἰ οὖν βούλει, ἀκριβῶς ἐντυγναι τούτοις, ὅπως σελῆς <sup>11</sup> σύμβου-  
λον καὶ ἀρῆαβῶνα τῆς ἀληθείας.*

11. σύμβουλον] Ita Ven. Σύμ-  
βουλος καὶ ἀρῆαβῶν τῆς ἀληθείας  
dicitur Theophili opus Autolyco di-  
catum. — Bodl. Par. et editi, a ge-  
nuina scriptura aberrantes, σύμβο-  
λον habent; „symbolum et arrhabo-  
nem veritatis“ inepte interpretantur  
Fell. (coll. Kaye: Some account of

---

tiam dei nec veritatem invenerunt. Si igitur vis, haec diligenter lege, ut habeas consiliarium ac pignus veritatis.

the Writings and Opinions of Justin de baptismo (*σύμβολον*) et spiritu Martyr ed. 3. p. 196) de baptismo, sancto (*ἀρροβῶνα*), Thienemann. de Wolf. de spiritu sancto, Hosmann. baptismo et eucharistia.

---

**S. THEOPHILI PATRIARCHAE ANTIOCHENI  
COMMENTARIORUM IN SACRA QUATUOR EVANGELIA  
LIBRI QUATUOR \*).**

LIBER PRIMUS.

Quatuor evangelia quatuor animalibus figurata Iesum Christum demonstrant. Matthaeus enim salvatorem nostrum natum passumque *homini* comparavit. Marcus *leonis* gerens figuram a similitudine incipit dicens <sup>1</sup> „Vox clamantis in deserto, parate viam domini,“ saneque regnat invictus. Ioannes habet similitudinem *aquilae*, quod ab imis alta petiverit: ait enim <sup>2</sup> „In principio erat verbum et verbum erat apud

\*) De his commentariis vide sis quae supra in Praefatione p. VII sqq. dixi.

1. Vox ... domini] Marc. 1, 3.

2. In ... deum] Ioann. 1, 1—2.

Caeterum eandem quattuor evangelistarum figurationem, iuxta quadruplicem Cheruborum faciem (Ezech. 1, 10), praeceunte Hieronymo (Comment. in Matth. praef.) referunt Sedulius Carm. pasch. l. I. 339—342, Gregorius Magnus Homil. 4 in Ezech., Alcuinus Disput. puer. c. 8 (qui maxime in verbis cum nostro concordat), Hrabanus Maurus Comment. in Ioann. praef. (qui latet in codice msto Guelpherbytano nondum typis descripto). Et haec figuratio (Mt.: homo, Mc.: leo, Lc.: vitulus, Io.: aquila) in ecclesia occidentali pariter

atque in orientali summam nacta est auctoritatem et increbruit. Irenaeus autem adv. haeres. l. III. c. 11. §. 8 Matthaeo emblema tribuit hominis, Marco aquilae, Lucae vituli, Ioanni leonis. Eius verba paullulum immutata Theophylactus Comment. in Marc. praef. (Evang. sec. Marcum ed. C. F. Matthaei. Rig. 1788. p. 21) repetiit. Aliter alii. Athanasius Synops. script. (Opp. T. II) p. 155: Mt. ἄνθρωπος, Mc. λέων, Lc. λέων, Io. ἀετός. Augustinus De consensu evang. I. 7, Primasius Ad apoc. 4, Beda Venerabilis Epist. ad Accam (Opp. ed. Colon. T. V) p. 215 sq.: Mt. leo, Mc. homo, Lc. vitulus, Io. aquila.

deum et deus erat verbum, hoc erat in principio apud deum:“ vel quia Christus resurgens volavit ad coelos. Lucas *vituli* speciem gestat: ad cuius instar salvator noster est immobilatus, vel quod sacerdotii figurat officium.

<sup>3</sup> *Liber generationis Iesu Christi, filii David, filii Abraham.* Quamvis ordine successionis posterior sit David, ideo tamen prior quam Abraham in domini generatione describitur, quia princeps fuit generis Christi et quod in regno clarus enituit, Abraham vero populorum fuit fidelium pater: et ob hoc prius David filius dicitur Christus. Sciendum est quoque quod Matthaeus per reges, Lucas autem per sacerdotes ductam Christi originem comprobavit. Et non est mirandum si pauciores secundum Matthaeum successiones usque ad Christum fuerint, plures vero secundum Lucam, cum per alias personas generatio deducta sit Iesu Christi: potuit enim fieri ut per eundem temporum cursum aliis brevior aliis longior vita provenerit. <sup>4</sup> *Christi autem generatio sic*

Illi scriptores omnes potissimum, ut vides, in figuris Matthaei et Ioannis consentiunt. Cf. Suicer. The-saur. eccles. T. I. p. 1234 sq. et Ulr. Fr. Kopp. Palaeograph. crit. P. I. p. 48. 50.

3. *Liber* etc.] Matth. 1, 1.

4. *Christi . . . erat.* — *Cum . . . Maria*] Matth. 1, 18. — R. A. Lipsius (*Ueber d. Verhältniss der drei syr. Briefe d. Ignatios* etc., Lips. 1859, p. 17) voci *Maria* per coniecturam addit *Ioseph*. Etiam in aliis („non ex simpliciter“ — „ex desponsata“ — „Primo ut“), faciens cum iis qui veterum testimonia de Ignatii epistolis collegerunt (cf. Galland. Bibl. vet. PP. T. I. p. 245), a libris recedit. Contra eundem V. D. monendum est Theophilum personatum ea quae dicit „quarto ut partus eius falleret diabolum“ minime ex Igna-

tii epistola ad Ephesios c. 19 ex-scripsisse, sed, ut in Praef. p. VIII indicavi, una cum additamento („putantem — natum“) et reliquis causis tribus, ob quas a desponsata virgine natus sit Christus, in suos commentarios transplantasse totidem verbis ex Hieronymi lib. I Comment. in Matth. 1, 18 ap. Vall. T. VII. p. 12, ubi praeter caetera habentur haecce: „Martyr Ignatius etiam quartam addidit causam cur a desponsata conceptus sit: *ut partus, inquit, eius celaretur diabolo*, dum eum putat non de virgine sed de uxore generatum.“ Neque Hieronymus illam de virginis partu, qui diabolus latuerit, sententiam ex Ignatio ipso (Eph. c. 19) recitavit, sed, ut etiam Vallarsius ad Hier. l. c. et Lipsius l. c. p. 19 recte viderunt, ex Originis Homilia VI in Luc. T. III. p.



*erat.* Cum Ioseph non sit pater domini salvatoris, quid pertinet ad dominum generationis eius ordo deductus usque ad Ioseph? Sciendum est primum non esse consuetudinis scripturarum ut mulierum generatio describatur, deinde ex una tribu fuisse Ioseph et Mariam: unde ex lege eam ut propinquam ducere cogebatur in uxorem, ideoque in Bethleem simul censentur quod de una stirpe sint generati. *Cum esset desponsata mater eius Maria.* Quare non simplici virgine sed desponsata concipitur Christus? Primum ut per generationem Ioseph origo Mariae monstraretur; secundo ne lapidaretur a Iudaeis ut adultera; tertio ut in Aegyptum fugiens haberet solatium viri; quarto ut partus eius falleret diabolum, putantem Iesum de uxorata non de virgine natum.

<sup>6</sup> *Cum ergo natus esset Iesus in Bethleem civitate Iudae:* hoc est in domo panis; nam Bethleem domus panis, Iuda vero confessio interpretatur. Illic natus est Iesus qui dixit <sup>6</sup> „Ego sum panis vivus qui de coelo descendi.“ <sup>7</sup> *Pannis obvolvitur,* ut scissam humani corporis unitatem suo redimeret in corpore. <sup>8</sup> *Obtulerunt magi ei munera: aurum* ut regi, *thus* ut deo, *myrrham* ut homini ad sepulturam. Admoniti sunt *ne redirent ad Herodem,* quoniam his qui ex gentibus ad Christum veniunt recursus ad seculum denegatur. <sup>9</sup> *Tunc misit Herodes et occidit infantes.* Quod legimus infantes pro Christo occisos esse significat incipientes peccare consilia sua ad Christum debere convertere, de quo scriptum est <sup>10</sup> „Petra autem erat Christus,“ et <sup>11</sup> „Beatus qui tenebit

938 ed. Ruæ. (ap. Lommatzsch. T. V. p. 104), ab Hieronymo latine reddita, ubi verba Ignatiana καὶ ἔλαθεν τὸν ἀρχοντα τοῦ αἵματος τούτου ἢ παρθενία Μαρίας referuntur: „In cuiusdam martyris epistola scriptum reperi, Ignatium dico . . . : principem saeculi huius latuit virginitas Mariae.“ Graeca ex schedis Grabii apposuit Ruæus.

5. *Cum etc.*] Matth. 2, 1.

6. *Ego ... descendi*] Ioann. 6, 41.

7. *Pannis obvolv.*] Luc. 2, 7.

8. *Obtulerunt etc.*] Matth. 2, 11—12.

9. *Tunc etc.*] Matth. 2, 16.

10. *Petra ... Christus*] 1 Cor. 10, 4.

11. *Beatus ... petram*] Ps. 136,

9. — *Bibl. vulg. tuos pro suos.*

et allidet parvulos suos ad petram.“ Hoc autem intelligendum est de baptisinate dixisse prophetam; nam quod ait *a bimatu et infra gentilem populum atque iudaicum dicit venturos ad baptismum.* <sup>12</sup> *Vox audita est in Rama:* id est in excelso, scilicet longe lateque dispersa. *Rachel plorans filios suos.* Rachel uxor fuit Iacob, hic pro ecclesia ponitur quae est martyres habitura. *Et noluit consolari:* aestimans filios suos mortuos in sempiternum esse victuros. <sup>13</sup> *Quoniam Nazaraeus vocabitur.* Nazaraei dicuntur ex repromissione nati, quorum capita ferrum non tangebatur, ut fuit Isaac, Samuel, Hieremias, Ioannes Baptista, Christus dominus noster, et Samson, qui in figura fuit salvatoris nostri homo magnae virtutis, quia ad instar septiformis spiritus septem crines legitur habuisse, in quibus ideo vires gerebat, quia <sup>14</sup> „caput viri Christus est.“ Et sicut Samson, per coniugem amissis crinibus, voluit interire, ita Christus pro coniuncto sibi genere, id est Iudaeis et deserentibus se discipulis, qui sunt fidei lumina, sponte passionem subiit crucis. Deinde, velut recuperans crines, resumpta maiestate resurrexit a mortuis, aeternam necem male conversantibus illaturus.

<sup>15</sup> *Vox clamantis in deserto:* id est in seculo, eo quod non habentes fidem seculares deserunt cultum dei. *Parate viam domini:* id est animas credentium, in quibus ambulaturus erat dominus. <sup>16</sup> „Omnis vallis implebitur,“ id est omnis mundus doctrina replebitur Christi; et „omnis collis humiliabitur,“ id est diaboli nequitia conteretur; et „erunt prava in directa,“ scilicet cum mala revertuntur in bona.

<sup>17</sup> *Cibus Ioannis erant locustae et mel silvestre.* Per locustas populos agrestes significat, mel autem fructum indicat credulitatis ipsorum, quibus prophetantibus dulcis auditus erat

12. *Vox etc.]* Matth. 2, 18.

15. *Vox etc.]* Matth. 3, 3 (Ies.

13. *Quoniam etc.]* Matth. 2, 40, 3).

23.

16. *Omnis ... in directa]* Ies.

14. *caput . . . est]* 1 Cor. 40, 4.

11, 3.

17. *Cibus etc.]* Matth. 3, 4.

ut fide sua pascerent praedicantem. Sive per locustas gentes, per mel autem significat Iudaeos, credulitate sua fructus deo dulcissimos offerentes. <sup>18</sup> *Potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahae.* Lapidem pro paganis ait propter cordis durtiam, ut in Ezechiel dicitur <sup>19</sup> „Auferam a vobis cor lapideum et dabo vobis cor carneum.“ <sup>20</sup> *Ecce securis ad radices arboris posita est: id est praedicatio sermonis divini, ex utraque parte habens acutum novi ac veteris testamenti; unde alibi ait* <sup>21</sup> „Et gladii ancipites in manibus eorum.“ Radices vero arboris spes et curas hominum dixit. <sup>22</sup> *Ille vos baptizabit in spiritu sancto et igni.* Hoc ideo ait, sive quia ignis spiritus sanctus est, ut Acta Apostolorum docent, cum eo descendente <sup>23</sup> sedit quasi ignis super credentium linguas et impletus est sermo domini dicentis <sup>24</sup> „Ignem veni mittere super terram et quem volo ut ardeat,“ — sive quia in praesenti vita spiritu baptizamur, in futura autem igni. <sup>25</sup> *Habens ventilabrum in manu sua: hoc est crucem. Et purgabit aream suam, scilicet mundum vel ecclesiam suam. Et colliget frumentum in horreum suum: id est in paradysum congregabit sanctos. Nam per paleas peccatores significat.*

<sup>26</sup> *Statuit Iesum super pinnam templi.* Per templum hominem significat, ut et apostolus <sup>27</sup> „Vos estis templum dei;“ per pinnam templi nostram indicat sublimitatem, de qua Christum descendere diabolus hortabatur dicens: <sup>28</sup> *Mitte te deorsum, — ne offendas ad lapidem pedem tuum.* Lapidem vero pro homine invidioso, propter durtiam cordis, diabolus dixit, ut et supra <sup>29</sup> *Dic ut lapides isti panes fiant.* <sup>30</sup> *Vade*

- |  |                                       |
|--|---------------------------------------|
| 18. <i>Potens</i> etc.] Matth. 3, 9.       | 24. Ignem ... ardeat] Luc. 12, 49.    |
| 19. Auferam ... carneum] Ezech. 11, 19.    | 25. <i>Habens</i> etc.] Matth. 3, 12. |
| 20. <i>Ecce</i> etc.] Matth. 3, 10.        | 26. <i>Statuit</i> etc.] Matth. 4, 5. |
| 21. Et ... eorum] Ps. 149, 6.              | 27. Vos ... dei] 1 Cor. 3, 16.        |
| 22. <i>Ille</i> etc.] Matth. 3, 11.        | 28. <i>Mitte</i> etc.] Matth. 4, 6.   |
| 23. sedit . . . linguas] Act. apost. 2, 3. | 29. <i>Dic</i> etc.] Matth. 4, 3.     |
|  | 30. <i>Vade</i> etc.] Matth. 4, 10.   |

*retro satana*: id est vade in ignem aeternum. Diabolo haec dixit. Nam beato Petro <sup>31</sup> hoc dixisse significat: sequere me, quia contrarius es voluntati meae.

<sup>32</sup> *Vos estis sal terrae*. Sal appellantur apostoli, quia per illos conditur universum genus humanum. *Si sal evanuerit, in quo salietur?* id est si doctor erraverit, a quo alio doctore emendabitur? <sup>33</sup> *Vos estis lux mundi*. Hoc apostolis dicit, quia illuminant mundum doctrina coelesti. *Non potest civitas abscondi super montem posita*. Civitas a civibus dicitur, id est ab habitatoribus appellatur; civitas ecclesia, mons intelligendus est Christus, super quem aedificata est ecclesia. <sup>34</sup> *Neque accendunt lucernam et ponunt eam sub modio sed super candelabrum*. Lucerna verbum dei est, modium autem lex, eo quod in abdito loco fuerit; candelabrum vero crux Christi, quae totum mundum fulgore sui luminis illustravit. <sup>35</sup> *Non veni legem solvere sed adimplere*. Quia dilectio proximi legis est plenitudo et causa humanae dilectionis, Christus corpus humanum sumere dignatus est, ideoque non solvit legem sed implevit salvator adveniens. <sup>36</sup> *Iota unum vel unus apex non praeteribit a lege donec haec omnia fiant*. Per iota vetus significat testamentum quo decalogus continetur, iota enim pro decem est apud Graecos; <sup>37</sup> apex autem quatuor literas habens, per evangelium quadruplex, testamentum indicat novum. <sup>38</sup> *Esto consentiens adversario tuo*: hoc est legi divinae consenti, quam omnis peccator adversarium putat obviantem desideriis suis; *bene es in via*, id est in hac praesenti vita vel in carne, *ne tradat te iudici*. Age igitur quod praecepit lex, ne te dissentientem sibi tradat iudici, scilicet Christo, *et iudex tradat te*

31. hoc dix.] Matth. 16, 23.

32. Vos etc.] Matth. 5, 13.

33. Vos etc.] Matth. 5, 14.

34. Neque etc.] Matth. 5, 15.

35. Non etc.] Matth. 5, 17.

36. Iota etc.] Matth. 5, 18.

37. apex a. quat. lit. h.] Com-

mentarii hęc latinam originem ipsi aperte produunt. Non enim graecus homo ita dicere potuit. In graeco Matthaei textu exstat *νεγαία*, quod verbum, ut vides, non quattuor sed sex literas habet.

38. Esto etc.] Matth. 5, 25.

*ministris*, id est angelis, *et mittaris in carcerem*, id est in gehennam; et <sup>39</sup> *non exeas inde donec reddas novissimam quadrantem*, id est de omni otioso sermone rationem omnino persolves. <sup>40</sup> *Si oculus tuus texter scandalizat te, erue illum*. Dextero oculo et dextera manu fratrum, uxoris, liberorum, affinium et propinquorum monstratur effectus; quem si ad contemplandam veram lucem nobis impedimento esse cernimus, supradictas truncare debemus istiusmodi portiones, ne dum volumus lucere supra caeteros ipsi pereamus in aeternum.

<sup>41</sup> *Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua*. Per sinistram praesens vita, futura vero per dexteram declaratur; vel dexterae indicio significat Christianos colentes Christum sedentem ad dexteram patris, per sinistram vero haereticos indicat vel Iudaeos. <sup>42</sup> *Nolite thesaurizare vobis thesauros super terram*: id est nolite habere fiduciam carnis; *ubi tineae*, id est avaritia, *decipit* vel libido, *et ubi fures effodiunt*, id est daemones sollicitant peccatores. Nam per thesauros fidem significat, per terram carnem, per caelum spiritum. <sup>43</sup> *Lucerna corporis tui est oculus tuus*. Lucernam oculum, *lumen* pro episcopo vel his qui in ecclesia clari sunt dixit. Corpus pro ecclesia, *tenebras* pro peccatis vel ignorantia posuit. *Si oculus tuus simplex est, totum corpus tuum lucidum erit*. Lippientes oculi solent lucernas videre numerosas, simplex autem oculus et purus simplicia intuetur et pura. Hoc est ergo quod ait: quomodo totum corpus in tenebris est si oculus ei non fuerit, ita si anima principalem fulgorem sapientiae perdiderit universus sensus in caligine commoratur.

<sup>44</sup> *Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, in tuo autem trabem non consideras?* Hoc autem ad eos ait qui

39. *non etc.*] Matth. 5, 26.42. *Nolite etc.*] Matth. 6, 19—20.40. *Si etc.*] Matth. 5, 29—43. *Lucerna etc.*] Matth. 6, 22

30.

—23.

41. *Nesciat etc.*] Matth. 6, 3.44. *Quid etc.*] Matth. 7, 3.

male viventes audent cum simplicioribus de lege contendere, quorum ab oculis stipulam coronae dominicae mundare nituntur et in suo trabem non sentiunt crucis. <sup>45</sup> *Nolite sanctum panem dare canibus.* Per canes significat eos qui post poenitentiam peccant. *Neque miseritis margaritas ante porcos.* Per porcos illos vult intelligi qui necdum evangelio crediderunt et in luto incredulitatis suae vitiisque versantur: quibus ait margaritas, id est mystica sacramenta fidei, non debere committi. <sup>46</sup> *Numquid colligunt de spinis uvas aut de tribulis ficus?* In spinis et tribulis haereses intelligendae sunt, de quibus iustitiae fructum colligit, id est martyres ex haereticis nemo novit. <sup>47</sup> *Non potest arbor bona malos fructus facere.* Arbor mala homo peccator est qui malos fructus facit, hoc est peccata libidinis et avaritiae; arbor autem bona homo bonus est placens deo, faciens fructus bonos. <sup>48</sup> *Omnis qui audit verba mea et facit ea similis est viro sapienti, qui aedificavit domum suam supra petram.* Petra Christus est intelligendus, domus vita haec praesens innixa deo, *fulmina et venti* impetus persecutionis, *arena* haeresis in qua quidquid aedificatum fuerit cadit.

<sup>49</sup> *Accessit quidam centurio.* Hic figuram gerit populi gentilis credentis in deum et venientis ad fidem ex omni orbe terrarum. Sane quod ait <sup>50</sup> *Filii huius regni ibunt in tenebras exteriores* Iudaeos incredulos taxat. <sup>51</sup> *Vulpes foveas habent.* In te scilicet tanti doli tantaque sunt fraudes, ut in tuo corde vulpes videantur fecisse cubilia. *Et volucres coeli nidos:* id est tantum superbus es ut volare te aestimes, cumque sit pectus tuum plenum iniquitate et arrogantia, Christus illic succedendi non invenit locum. <sup>52</sup> *Sine, mortui sepeliant mortuos suos:* id est permitte infideles officia prae-

45. *Nolite* etc.] Matth. 7, 6. οἱ ποταμοὶ) pro fulmina. Non

46. *Numquid* etc.] Matth. 7, 6. tuto.

16.

47. *Non* etc.] Matth. 7, 18.

48. *Omnis* etc.] Matth. 7, 24

—26. — Bibl. vulg. flumina (Mt.

49. *Accessit* etc.] Matth. 8, 5.

50. *Filii* etc.] Matth. 8, 12.

51. *Vulpes* etc.] Matth. 8, 20.

52. *Sine* etc.] Matth. 8, 22.

bero naturae; tu autem vivificaturus animas meas esto pedissequus.

<sup>53</sup> *Numquid possunt filii sponsi ieiunare quomodo cum illis est sponsus? Sponsus Christus est, filii autem sponsi novissimi Christiani, qui divina faciendo praecepta minime ieiunamus, adhaerentes ei qui dixit* <sup>54</sup> *„Ego sum panis vivus qui de coelo descendi.“* Quisquis ergo ab eius mandatis fuerit alienus, auferetur ab eo sponsus, id est Christus, et tunc ieiunabit. <sup>55</sup> *Nemo mittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus.* Indumentum vetus veterem hominem significat, novum vero indumentum hominem indicat spiritalem, qui carnali iunctus maiorem facit scissuram maiusque peccatum. <sup>56</sup> *Neque mittunt vinum novum in atres veteres.* Vinum novum sacramentum est novi testamenti, utres autem veteres Iudaei sunt; nam utres novi nos sumus Christiani, mustum bibentes, id est doctrinam sancti spiritus. <sup>57</sup> *Ecce mulier quae profluvio sanguinis laborabat.* Per mulierem haemorrhosam ecclesia significatur ex gentibus, in cuius imagine ante iugulati sunt Machabaei caeterique prophetae; sed veniens Christus iudicio crucis suae non in muliebri profluvio fecit sanguinem martyrum fundi sed in gloria sua. *Vestimentum autem salvatoris tetigisse mulierem* divinas significat scripturas; *duodecim vero anni* apostolorum numerum monstrant. <sup>58</sup> *Non est mortua puella sed dormit.* Hoc ideo ait quoniam deo vivunt omnia. <sup>59</sup> *Et cum eiecta esset turba, intravit et tenuit manum puellae.* Non enim erant digni ut viderent mysterium resurgentis, qui resuscitantem dominum indignis contumeliis deridebant. *Et tenuit manum eius, et surrexit puella.* Nisi prius mandatae fuerint manus Iudaeorum, quae sanguine plenae sunt, synagoga eorum mortua non resurget. <sup>60</sup> *Messis quidem multa, operarii autem pauci.*

53. Numquid etc.] Matth. 9, 15.

54. Ego... descendi] Ioann. 6, 51.

55. Nemo etc.] Matth. 9, 16.

56. Neque etc.] Matth. 9, 17.

57. Ecce etc.] Matth. 9, 20.

58. Non etc.] Matth. 9, 24.

59. Et etc.] Matth. 9, 25.

60. Messis etc.] Matth. 9, 37.

Messis id est populus, operarii autem pauci id est doctores ecclesiae.

<sup>61</sup> *Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum.* Lupos persecutores, oves autem Christianos ait. *Astuti estote sicut serpentes.* In necessitate mortis caput suum celant, corpus autem suum velut minus necessarium negligunt caedi exponentes; ita et nos caput nostrum facultatesque nostras obiciamus. *Simplices sicut columbae.* Columba ecclesia est. <sup>62</sup> *Cum autem persequuntur vos in hac civitate, fugite in aliam.* Hoc apostolis ait: cum vos in hac congregatione iudaica fuerint persecuti, fugientium more celeriter ite ad gentes, hoc est paganos, et, si apud eos persecutionem praedicatio divina pertulerit, migrandum est rursus mente non corpore, ad illos scilicet qui errantes viam veritatis affectant, de quibus dicit Iesus: <sup>63</sup> „Et alias oves habeo, quae non sunt ex hoc ovili, et illas oportet me adducere, et vocem meam audient, et fiet unum ovile et unus pastor.“ <sup>64</sup> *Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine.* Tenebras pro Iudaeis, lumen autem pro Christianis ait, ut dicit apostolus: <sup>65</sup> „Eratis aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino, ergo ut filii lucis ambulate.“ *Et quod in aure auditis praedicate super tecta.* Aures populum ait propter auditum, sic oculi principes intelliguntur, eo quod caeteros illuminent praedicatione divina; tecta autem promissa divina ideo dixit, quia credentes removeri habebant a conversatione terrena et in via coelestis disciplinae constitui. Sive est sensus: omnia quaecumque a me auditis populo publice ac veluti in edito praedicate. <sup>66</sup> *Nonne duo passeret assere veniunt?* Spiritum animamque significat, ut scriptum est: <sup>67</sup> „Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium.“ Assis autem denarius fidei est, ad quam religionis studio convenimus. *Et*

61. *Ecce etc.*] Matth. 10, 16.

62. *Cum etc.*] Matth. 10, 23.

63. *Et ... pastor*] Ioann. 10, 16.

64. *Quod etc.*] Matth. 10, 27. 123, 7.

65. *Eratis ... ambulate*] Eph. 5, 8.

66. *Nonne etc.*] Matth. 10, 29.

67. *Anima ... venantium*] Ps.



*unus ex eis non cadet super terram.* „Super terram“ verò hominem significat qui sine voluntate patris coelestis nec animam nec spiritum sumit. <sup>68</sup> *Sed et capilli capitis vestri omnes numerati sunt.* Quod caput nostrum Christus est, capilli eius sancti sunt intelligendi, quos Christus numerare dignatur; non ergo hic capitis nostri significat comam, quae in nostra vel in tonsoris est potestate. <sup>69</sup> *Non egent sani medico sed male habentes.* Infirmetas mundi visitata est adventu salvatoris domini; „omnes enim peccaverant et egebant gloria dei.“ Adventus eius nullum iustum invenit sed omnes reos: et qui frenetica rabie medicum occiderunt, qui infirmitates nostras et labores nostros portavit et crucifixus est pro nobis, ut de sanguine suo fieret medicamentum quo sanaretur omnis aegrotus.

<sup>70</sup> *Simile est regnum coelorum thesauro abscondito in agro.* Thesaurus absconditus in agro gratia est in mundo missa, dicente domino: <sup>71</sup> „Ager autem hic mundus.“ Ideo autem ait thesaurum absconditum, quia non omnibus datur. <sup>72</sup> *Margarita pretiosa* est trinitas sancta, quae dividi non potest, nam in unitate consistit. <sup>73</sup> *Rete missum in mare* est praedicatio data seculo. Capti sunt *pisces*: id est convenerunt ad ecclesiam boni et mali; sed mali *ruperunt retia*, schismata facientes, et multi infideles exierunt de congregatione catholica.

<sup>74</sup> *Navis* est ecclesia, quia ut illa de tabulis sic et ista de animabus est composita fidelibus. Vela extendit orando, anchoram fidei figit in coelo, habet arborem crucis, funes charitatis extendit et remigia sanctae operationis habere cognoscitur. De <sup>75</sup> *quinque panibus*, id est de doctrina Pentateuchi, et *duobus piscibus*, hoc est duobus testamentis,

68. *Sed* etc.] Matth. 10, 30.72. *Margar. pret.*] Matth. 13,69. *Non* etc.] Matth. 9, 12 (Luc. 46.

5, 31). — Rom. 3, 23.

73. *Rete* etc.] Matth. 13, 47.70. *Simile* etc.] Matth. 13, 44.74. *Navis*] Matth. 14, 13.71. *Ager* . . . mundus] Matth.75. *quinque* etc.] Matth. 14,

13, 38.

19—21.

vetere et novo, *quinque milia hominum* saturata significant quod quinque sensibus perfecti sunt, id est videndi audiendi odorandi gustandi et palpandi; ipsi de sinistra ad dexteram transeunt. De <sup>76</sup> *septem panibus*, id est doctrina spiritus septiformi, et *paucis piscibus*, id est apostolis, *quatuor milia hominum* saturata significant quod in quatuor cardines mundi verbum dei cucurrerit, ut legimus: <sup>77</sup> „In omnem terram exivit sonus eorum et in fines orbis terrae verba eorum.“ Per <sup>78</sup> *septem etiam sportas* septem ecclesias dicit quas in Apocalypsi legimus, quae unitatis gratia continentur. <sup>79</sup> *Et ambulabat Iesus super mare*. Ideo Iesus ambulabat super mare, quia venientem in hunc mundum <sup>80</sup> „non eum demersit tempestas aquae neque absorbit profundum nec coarctavit super eum puteus os suum,“ et quia <sup>81</sup> „venit princeps huius mundi et in eo nihil invenit suum,“ denique super mare ambulabat, quia nullo pondere peccati gravabatur. <sup>82</sup> Petrus vero supra petram fundatus, in quo figuratur ecclesia in qua boni et mali sunt iuncti, mergebatur: sed domini est dexteram sublevatus, quia <sup>83</sup> „novit dominus pios de tentatione eripere.“

<sup>84</sup> *Si oculus tuus scandalizat te, erue eum et proiice abs te*. Oculus scandalizat, cuius sacerdos tantum dictator est et non factor, dicente domino apostolis <sup>85</sup> „Vos estis lux mundi.“ Et quid est *erue eum abs te*, nisi quod cum aliquis sacerdotum de catholico dogmate in aliquam haeresim declinaverit abiiciendus est, ne cum illo plebs in gehennam mittatur. Per <sup>86</sup> *manum* autem amicum, per *pedem* vero servum ancillamque significat. <sup>87</sup> *Ovis erratica* anima est, quae habens

- |  |   |
|--|---|
| · 76. <i>septem</i> etc.] Matth. 15, 34. 38. | 82. Petrus etc.] Matth. 14, 30            |
| 77. In . . . eorum] Ps. 18, 5                | —31.                                      |
| (Rom. 10, 18).                               | 83. novit . . . eripere] 2 Petr.          |
| 78. <i>septem</i> etc.] Matth. 15, 37.       | 2, 9.                                     |
| 79. <i>Et</i> etc.] Matth. 14, 25.           | 84. <i>Si</i> etc.] Matth. 18, 9.         |
| 80. non . . . suum] Ps. 68, 16.              | 85. Vos . . . mundi] Matth. 5, 14.        |
| 81. venit . . . suum] Ioann.                 | 86. <i>manum</i> etc.] Matth. 18, 8.      |
| 14, 30.                                      | 87. <i>Ovis erratica</i> ] Matth. 18, 12. |

pabulum spiritale sine pastore in peccatis errabat, quam angelis dominus sociavit.

<sup>88</sup> *Erunt primi novissimi et novissimi primi, ex gentibus scilicet Christiani, et primi novissimi, id est Iudaei, ut legimus* <sup>89</sup> „Maior serviet minori.“ Deus <sup>90</sup> „caecos illuminavit,“ Iudaeos atque Gentiles. <sup>91</sup> „Omnes enim peccaverunt et egent gloria dei.“ Hi iuxta viam errant, quia in Christum necdum crediderunt, qui est <sup>92</sup> „via veritas ac vita.“

<sup>93</sup> *Simile est regnum coelorum homini regi qui fecit nuptias filio suo.* Dominus Iesus venit hic ad nuptias ut animam nostram spiritui maritaret, quorum copula spiritali filios procreamus, charitatem scilicet, pacem, gaudium, spem, bonitatem, mansuetudinem, continentiam.

<sup>94</sup> *Cui autem similem aestimabo generationem istam? Similis est pueris sedentibus in foro et clamantibus.* Duo genera puerorum sunt: alii sensu, alii malitia tales sunt, ut legimus <sup>95</sup> „Nolite pueri effici sensibus, sed malitia parvuli estote, ut perfecti sitis sensibus.“ Forum autem Hierusalem significat, in qua divinae legis iustitia tractabatur: in quo foro olim dicuntur fuisse prophetae, postea apostoli carentes malitia, quibus ait Iesus: <sup>96</sup> „Pueri, numquid pulmentarium habetis?“ <sup>97</sup> *Cantavimus vobis et non saltastis:* id est adventum et gloriam domini praedicavimus, et credere noluitis; saltare enim laetari est. *Lamentavimus et non planxistis,* excidium scilicet Hierusalem et dispersionem populi, nec tamen poenitentiam egistis.

<sup>98</sup> *Abiit Iesus sabbato per segetes.* Ager est omnis mundus iste, agri segetes foecunditas numerosa sanctorum, spi-

- |  |  |
|--|--|
| 88. <i>Erunt etc.] Matth. 19, 30.</i>    | 94. <i>Cui etc.] Matth. 11, 16.</i>      |
| 89. <i>Maior . . . minori] Genes.</i>    | 95. <i>Nolite . . . sensibus] 1 Cor.</i> |
| 25, 23 (Rom. 9, 13).                     | 14, 20.                                  |
| 90. <i>caecos illum.] Ies. 35, 5</i>     | 96. <i>Pueri . . . habetis] Ioann.</i>   |
| (Matth. 11, 5).                          | 21, 5.                                   |
| 91. <i>Omnes . . . dei] Rom. 3, 23.</i>  | 97. <i>Cantavimus etc.] Matth.</i>       |
| 92. <i>via . . . vita] Ioann. 14, 6.</i> | 11, 17.                                  |
| 93. <i>Simile etc.] Matth. 22, 2.</i>    | 98. <i>Abiit etc.] Matth. 12, 1.</i>     |

cae agri fructus ecclesiae, quos discutientes apostoli operibus suis pascebantur. Confricantes autem manibus suis spicas apostolos manducasse ob hoc ait evangelista ut paleas et aristas, id est peccata, a credentibus baptisate separarent. Dies vero sabbati adventum indicat salvatoris: quinque enim libri Mosis quinque dies computantur, et omnium prophetarum dicta liber unus, sextusque dies accipit, unde sabbatum septimo ponitur loco. <sup>99</sup> *Invenit Iesus hominem habentem manum aridam*, id est infructuosam, cui dicendo *Extende manum tuam* significat eum non avarum debere esse sed largum. <sup>100</sup> *Arundinem quassatam non confringet et linum fumigans non extinguet*. Qui peccatori non porrigit manum nec portat onus fratris, iste quassatam arundinem confringit, et qui modicam scintillam fidei contemnit in parvulis, hic linum extinguit fumigans, quorum utrumque non fecit Christus; ad hoc enim <sup>101</sup> „venerat ut salvum faceret quod perierat.“ <sup>102</sup> *Quomodo potest intrare quis in domum fortis et vasa eius diripere nisi prius alligaverit fortem?* Fortis erat praeterito tempore satanas, qui omne genus hominum in hoc mundo velut vasa propria possidebat, sed veniens fortior eo filius dei victo illo passione sua eruit nos e potestate ipsius et fecit nos vasa sua, dans nobis spiritum sanctum. <sup>103</sup> „Hunc autem habemus thesaurum,“ ut ait apostolus, „in vasis fictilibus.“ Ergo corpora vasa dixit. <sup>104</sup> *Quicumque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei, qui autem dixerit contra spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc seculo neque in futuro*. Sciendum est <sup>105</sup> quia filius

99. *Invenit etc.*] Matth. 12, 10, 13.

100. *Arundinem etc.*] Matth. 12, 20.

101. *venerat ... perierat*] Matth. 18, 11.

102. *Quomodo etc.*] Matth. 12, 29.

103. *Hunc ... fictilibus*] 2 Cor. 4, 7.

104. *Quicumque etc.*] Matth. 12, 32.

105. quia] = quod (ὅτι) pro acc. c. inf. Cf. lib. II. n. 21. IV. n. 4. Infra (n. 161 sq.) „Sciendum est quod.“ Sic scio cum quia struitur saepissime in vulg. Bibl., v. c. Matth. 6, 32. 9, 6. 15, 12. 20, 25. 22, 16. 25, 26. 26, 2. Cf. meam edit. Iu-

hominis cuiuslibet quæ carnis sunt sapit: cui si contradicatur, iustitia est ante peccatum. Nam Iesus Christus dominus noster humilitatis studio se filium hominis dicebat, cum esset et per patrem deus et per matrem homo, quamvis omnes facientes iustitiam, sicut ait apostolus, <sup>106</sup> „filii dei vocemur et simus.“ Propterea ergo contra spiritum sanctum negat emissum verbum posse dimitti, quia deus spiritus est et spiritualis est lex divina. Ergo sicut quemcunque filium hominis humana meditantem impune contemnimus, ita dicenti agentique spiritalia ut filium dei non resalutare perpetuus est reatus, nisi poenitentiae remedia consequamur. Nam peccator conversus ad deum et delictis suis terminum ponens desinit esse peccator, ut ait Ezechiel: <sup>107</sup> „Iustitia iusti non liberabit eum, in quacunque die erraverit, et iniquitas iniqui non disperdet eum quocunque conversus fuerit.“ Denique Paulus persequens ecclesiam dei spiritale peccatum gerebat, sed misericordiam est consecutus a domino, quia ignorans fecerat in incredulitate sua. <sup>108</sup> *Regina austri surget in iudicio.* Sicut regina Saba venit ad Salomonem, ita ecclesia cum multitudine credentium ab omni orbe terrarum venit ad Christum. De hac ecclesia David ait: <sup>109</sup> „Astitit regina a dexteris tuis in vestitu deaurato circumamicta varietate.“

<sup>110</sup> *Simile est regnum dei grano sinapis.* Granum sinapis missum in agrum seipsum salvator ostendit, qui missus est in hunc mundum a patre de coelis, quod minimum granum minus est quidem omnibus seminibus, scilicet quod ipse deposito honore coelesti humilior sit factus omnibus hominibus, ut ait apostolus. <sup>111</sup> „Qui cum in forma dei esset (inquit),

stin. Opp. T. II (= Corp. Apoll. Vol. III) ed. 2. p. 245. n. 1. p. 246. n. 1. Tatian. Orat. (Vol. VI) fragm. V. p. 170. n. 1.

106. filii ... simus] Rom. 8, 14 (Gal. 3, 26).

107. Iustitia ... fuerit] Ezech. 18, 21 sq.

108. Regina etc.] Matth. 12, 42.

109. Astitit ... varietate] Ps. 44, 10.

110. Simile etc.] Matth. 13, 31—32.

111. Qui ... accipiens] Phill. 2, 6—7.

non rapinam arbitratus est esse se aequalem deo, sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens.“ Ergo propter contumelias quas ipse pertulit nostri causa humiliorem se omnibus demonstravit. Sed postquam crevit Christus, scilicet vel in cruce vel resurgens, recepta iam potestate maior omnibus hominibus, ut sanctus Paulus ait. <sup>112</sup> „Propter hoc (inquit) exaltavit illum deus et dedit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genus flectatur coelestium, terrestrium et infernorum.“ *Arborem autem feri, ita ut volucres coeli habitent in ramis eius*, ecclesiam quae post passionem et resurrectionem domini nata est ostendit, cuius ramos esse apostolos constat ad superna tendentes. Volucres autem coeli habitantes in ramis homines significant spirituales qui in apostolorum catholica doctrina requiescunt: qui ideo volucres appellantur quoniam sanctae conversationis studio volare videntur ad coelum, a terrenis operibus recedentes. Ut ait apostolus <sup>113</sup> „Et nos qui vivimus simul rapiemur in nubibus obviam Christo in aera et sic cum domino erimus.“ Sive propterea regnum dei grano sinapis adaequatur quia ita difficilia in devotis praecepta divina, sicut vehemens est ac molestum sinapi illud sumentibus. <sup>114</sup> *Simile est regnum coelorum thesauro abscondito in agro.* Ager hic mundus est, thesaurus Christus est qui triduanalavit passione: unde vendendum est nobis omne quod habemus in hoc seculo, ut vitam mereamur aeternam.

<sup>115</sup> *Acceptis Iesus quinque panibus et duobus piscibus.* Per quinque panes pentateuchum significat, id est quinque libros Mosis, per duos pisces duo testamenta, vetus et novum: quibus dominus genus humanum pascit. <sup>116</sup> *Vespere autem facto solus erat ibi; navicula autem in medio mari iactabatur fluctibus.* Mare significat seculum, navis eccle-

112. Propter . . . infernorum] Phil. 2, 9—10.

113. Et . . . erimus] 1 Thess. 4, 16.

114. *Simile* etc.] Matth. 13, 44.

115. *Acceptis* etc.] Matth. 14,

19. — Cf. supra n. 75.

116. *Vespere* etc.] Matth. 14,

23—28.

siam, ventus diabolum. Quarta vigilia evangelia designat, quae adveniens in fine seculi nobis detulit Christus. Turbatum autem Petrum, visâ tempestate diabolicae aerae, passionem indicat Christi cum pene subversa est fides negantis apostoli. <sup>117</sup> *Et rogabant eum ut vel fimbriam vestimenti eius tangerent.* Vestimentum salvatoris lex est divina in qua sunt plura mandata, sicut in vestimento multae sunt fimbriae: quarum unam si quis contigerit, id est de multis vel unum praeceptum salvatoris faciens, remedium percipit salutare.

<sup>118</sup> *Ecce mulier Cananaea de finibus illis veniens.* Haec mulier gentilis populi habebat figuram, qui rogabat dominum ut congregatio eius ab erroribus idololatriae mutaretur. At Iesus dissimulabat, ut fides mulieris omnibus fieret manifesta. *Et apostoli dixerunt: Quid clamat post nos?* significantes post resurrectionem domini gentilem populum crediturum. *Respondit Iesus non se missum esse nisi ad oves perditas domus Israel:* id est ad populum Iudaeorum salvandum, si tamen credere voluissent. *Non licet, inquit, accipere panem filiorum et mittere canibus.* Panem corpus suum dixit, canes autem gentiles homines velut indignos gratia divina. *At illa respondens ait: Utique domine:* id est verum dicis. *Sed et catuli edunt de micis mensae dominorum suorum.* Per catulos ostendit omnes gentes venturas ad fidem dei et esuras ex micis, id est ex prophetarum apostolorumque doctrinis, quas de mensa cadere est de congregatione populi iudaici separari ad resurrectionem generi humano praebendam; mensa enim congregatio populi est intelligenda.

<sup>119</sup> *Vade ad mare et mitte hamum, et eum piscem qui primus ascenderit tolle.* Hoc tributo passio domini designatur, quia homo abstrahendus erat a seculo, habens in ore suo staterem: id est didrachma, quatuor continens drachmas, quibus intelligenda sunt quatuor evangelia: quorum proditio

117. Et etc.] Marc. 6, 56.

119. Vade etc.] Matth. 17,

118. Ecce etc.] Matth. 15, 22—27.

26.

testimonia fidei demonstrabat, unde debitum, id est peccatum, generis humani possit absolvi, quia passione Christi liberandi eramus a debitis peccatorum.

<sup>120</sup> *Nonne hic est filius Ioseph fabri?* Filium fabri vel ab obtrectatoribus se Iesus voluit appellari, quia ipse conditor mundi deus in principio fecit coelum et terram, et quia terrena nos docent quae sunt coelestia, quasi bonus animae faber spiritalia vitia nostra circumdolat, cito etiam securim admovens arboribus infoecundis, secare doctus exigua, sublimia servare culminibus, rigida mentium spiritus igne molire et in varios usus omne humanum genus diversa ministeriorum qualitate formare.

<sup>121</sup> *Herodes enim tenuit Iohannem et alligavit eum caputque eius in disco ad mensam sibi fecit afferri.* Discus novissimam seculi partem significat; futurum enim erat novissimis temporibus ut puella, id est ecclesia, acciperet caput Christi, quod obtulit matri, scilicet synagogae. Ergo passionem Christi significat Iohannis passio.

<sup>122</sup> *Non dico tibi septies sed et usque septuagesies septies:* id est 490 vicibus, ut totiens ille peccanti dimitteret in die quotiens ille peccare non posset, sive quia hic numerus ita veniae convenit ut poenae. Nam de Lamech ita septuagesies septies vindicatum est, sicut et posterii imitatoresque malitiae eius Iudaei septuagesimo anno, Esdra ducente, de Babylone rediere captivi. <sup>123</sup> *Et cum coepisset rationem ponere, oblatus est ei unus qui debebat ei decem milia talenta.* Per servum debitorem summae praedictae universos homines significat generaliter, qui transgresso decalogo debitores deo fuimus. Et nobis dominus dimisit debita peccatorum per gratiam baptismatis sive per poenitentiam. Ita ergo et nos caeteris debitoribus nostris indulgere debemus, ne affectibus sensuum nostrorum amissis cogamur debita nostra solvere.

120. *Nonne* etc.] Matth. 13, 55.

121. *Herodes* etc.] Matth. 14, 3. 11.

122. *Non* etc.] Matth. 18, 22.

123. *Et* etc.] Matth. 18, 24.



<sup>124</sup> *Jesus ascendit in montem*, id est ad maiestatem patris, *et vultus eius immutatus est*, id est maiore sui luminis claritate, ne discipuli de ipso adhuc dubitarent. Nam dixerat sancto Petro: <sup>125</sup> „Modicae fidei, quare dubitasti?“ Per *vestem ipsius splendidam* assumptionem sanctorum futuram indicit, per *tria vero tabernacula* triduanam habitationem passionis ostendit sive trinitatis figuram.

<sup>126</sup> *Facilius est camelum per foramen acus transire quam divitem intrare in regnum coelorum*. Per divitem populum significat Iudaeorum, qui cum divitiis egressus est de Aegypto et de quo legitur <sup>127</sup> „Divites egruerunt et esurierunt,“ per camelum autem gentilem populum dicit, nihil habentem rectum gerentemque sarcinam peccatorum ac per foramen acus intrantem, id est per arctam viam incedentem quae ducit ad regnum coelorum. Nam et Iudas de pretio perditionis dives fuit sed vitam aeternam non meruit.

<sup>128</sup> *Simile est regnum coelorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam*. Paterfamilias Christus est, qui operarios conducit et qui credentes colligit ut mercedem suae sanctitatis accipiant, vinea vero obedientia legis est, denarius autem vita aeterna. Primae horae operarii virgines sunt qui se laborem corporis et calorem primae aetatis tolerasse dixerunt, per caetera autem aetatis augmenta incontinentes accipiendi sunt. Vespere accepisse mercedem in adventu significat Christi. Sive primae horae operarius est Adam, tertiae Noe, sextae Abraham Isaac Iacob et caeteri patriarchae, undecimae apostoli et omnes Christiani fideles: quibus universis remuneratio aequalis est data, id est denarius habens figuram domini aeternam vitam credentibus dantis. <sup>129</sup> *Homo quidam habuit*

124. *Jesus* etc.] Matth. 17, 1  
—4. Cf. lib. III. n. 6.

125. *Modicae* . . . *dubitasti*] Matth. 14, 31.

126. *Facilius* etc.] Matth. 19, 24.

127. *Divites* . . . *esurierunt*] Ps. 33, 11.

128. *Simile* etc.] Matth. 20, 1—10.

129. *Homo* etc.] Matth. 21, 28—30.

*duos filios, et accedens ad primum dixit: Fili, vade operare in vineam meam. Ille autem respondens ait: Nolo. Accedens ad alterum dixit similiter. At ille respondens ait: Volo.* Per duos filios duos populos dicit, iudaicum atque gentilem: quorum prior, gentilis, est intelligendus negasse paternis parere praeceptis et tamen fecisse, posterior autem promissit se facturum quod iusserat, ut puta Iudaei, et minime promissa complevit. Vineam vero lex est accipienda, ad cuius praecepta omnes homines invitantur. <sup>130</sup> *Homo erat paterfamilias qui plantavit vineam et sepe circumdedit eam:* id est deus omnipotens plantavit domum Israel. *Turrem vero legem dicit, lacum templum; coloni autem Iudaei sunt, septis fides est; servos occisos prophetas, alios postea missos apostolos dicit, ex quibus unum decollaverunt, Ioannem. Novissime filium suum misit, scilicet Christum, quem occidisse noscuntur.*

<sup>131</sup> *Reddite quae sunt Caesaris Caesari.* Tempore persecutionis reddendum Caesari praecipit corpus, in quod solummodo potestatem habet, deo autem dicit debere reddi constantiam spiritus et animae. *De* <sup>132</sup> *septem fratribus unam uxorem habentibus septem fratres libri veteris testamenti intelligendi sunt, uxor eorum significat synagogam, cum qua patriarchae convenientes dederunt semen fidei christianae, sed illa non concepit.*

<sup>133</sup> *Exsurget regnum super regnum:* id est adversus regnum Christi catholicum audebit diabolus haereses concitare. *Erunt terrae motus et fames* significat homines verbi divini famem passuros, qui timore diaboli ad haereses confugient. <sup>134</sup> *Tunc qui in Iudaea sunt fugiant ad montes.* Per Iudaeam, terram sanctam, significat hominem castum confugere debere ad apostolorum doctrinam. *Et qui in agro est, in ecclesia,*

130. *Homo etc.]* Matth. 21, 33—39.131. *Reddite etc.]* Matth. 22, 21.132. *septem etc.]* Matth. 22, 25  
—26.133. *Exsurget etc.]* Matth.

24, 7.

134. *Tunc etc.]* Matth. 24, 16  
—20.

*non revertatur tollere vestimentum suum, hoc est veterem hominem derelinquat. Vac autem praegnantibus.* Hic significatur qui in corde concipiunt aliquod opus sanctum et perficere illud causa avaritiae dissimulant, eo autem neglecto voti sui veluti praegnantes existant. *Lactantes* autem sunt qui divina praecepta negligenter docent aut sapiunt <sup>135</sup> ut parvuli, quibus „non solidus cibus sed lac“ necessarium est. *Orate ne fiat fuga vestra hyeme vel sabbato:* id est ne refrigerescente charitate ad gentilitatem revertaris, aut iudaismo consentiens ex praecepto antichristi sabbatum colas; sive hic sensus est: ne propter asperitatem temporis frigus fidei patiamini, aut in sabbati otio devotionis timorem minime servare possitis vel certe persecutores evadere non valeatis. <sup>136</sup> *De die illa autem vel hora nemo scit.* Diem et horam deus se tantum scire, non hominem voluit, et ideo nec filium dixit scire, ut improbitatem humanam in iudicii divini curiosa inquisitione confunderet, cum filium hominis hoc nescire dixisset. Caeterum filius dei, qui deus ex deo est, hoc ignorare non poterat, quippe dixit: <sup>137</sup> „Omnia patris mea sunt.“ Si ergo natura patris in filio erat, scientiae natura degenerare non poterat: ergo divinitas una patris et filii diem et horam noverat quam creavit, non poterat autem nosse humana fragilitas quod utiliter ignorabat. <sup>138</sup> *Tunc erunt duo in agro: unus assumetur et alter relinquetur.* In agro sunt qui gubernant ecclesiam, ut ait sanctus Paulus: <sup>139</sup> „Ego plantavi, Apollo rigavit, deus incrementum dedit.“ <sup>140</sup> *Duo in lecto.* In lecto esse monachos significat qui amant quietem, alieni a tumultu generis humani et domino servientes, inter quos sunt boni et mali. Per <sup>141</sup> *molam* mundum indicat et eos qui mundanis actibus conteruntur; nam sicut mola duobus lapidibus constat, ita alter populus in-

135. ut parvuli] 1 Cor. 3, 1-2.

136. *De* etc.] Matth. 24, 36.

137. Omnis . . . sunt] Ioann.

16, 15.

138. *Tunc* etc.] Matth. 24, 40.

139. Ego . . . dedit] 1 Cor. 3, 6.

140. *Duo* etc.] Luc. 17, 34.141. *molam*] Matth. 24, 41.

visus deo, alter catholicae ecclesiae orbem in terris complent, et horum aliqui deo complacent, aliqui artibus seculi ita utantur ut inde nequeant liberari, cum alii sic ibi sint (ait apostolus) <sup>142</sup> „ut qui utantur hoc mundo tanquam non utantur.“

De <sup>143</sup> *decem virginibus* interpretatio haec est. Quinque esse corporis sensus, scilicet videndi audiendi odorandi gustandi et tangendi: qui propter abstinentiam illicitarum rerum et propter integritatem fidei in utroque sensum continent. Virgines appellantur ut ait apostolus <sup>144</sup> „Despondi vos uni viro virginem castam exhibere Christo;“ et quia virginitatis devotionisque ipsius corruptor est diabolus, adiecit apostolus: „Timeo autem ne, sicut serpens Evam seduxit versutia sua, sic et vestri sensus corrumpantur a charitate quae est in Christo.“ Lampades autem opera bona dixit, sicut salvator discipulis suis <sup>145</sup> „Sint lumbi vestri praecincti et lucernae ardentes;“ in lumbis accinctis est intelligenda virginitas, in lucerna vero ardenti opera bona. Quinque igitur sapientes virgines nolunt videre quod malum est, ab illicitis sacrificiorum cibis ora subtrahunt, complexum detestantur alienum, auditum suum a detrahente convertunt, odorem divinae charitatis inquirunt frangendo panem esurienti, hospitem in domum suam introducendo, vestientes nudos, concordantes litigiosos, visitantes aegrotos, sepelientes mortuos. Hoc agentes et virgines et sapientes virgines comprobantur; negligentes vero et bona praedicta non facientes stultas esse non dubium est. Et sapientes lampades habent lucentes oleo in vasis allato, quod est charitatem conscientiae suae in proximos habere probantur; nam sicut oleum omni liquori supernatat et eminent, ita charitas praecellit omnibus rebus et laudibus. *Tardante autem sponso obdormierunt omnes*, scilicet fatuae; nam prudentes nisi per-

142. ut ... utantur] 1 Cor. 7, 31.

144. Despondi ... Christo] 2 Cor.

143. *decem virg.*] Matth. 25, 1 11, 2—3.

145. Sint ... ardentes] Luc. 12, 35.

severassent in vigiliis usque in finem, non introissent regiam sponsi. *Ecce media nocte clamor factus est.* Neotem pro ignorantia posuit, ac si diceret „cum nescirent;“ ipse enim ait: <sup>146</sup> „Non est vestram scire tempora vel momenta quae pater posuit in sua potestate.“ De hoc clamore etiam dicit apostolus: <sup>147</sup> „In ictu oculi, in novissima tuba, et mortui resurgent incorrupti et nos immutabimur.“ *Dum eunt emere:* id est dum quaerunt aliorum favorem et adulationum suffragia et non operari optant. *Coeperunt aptare lampades suas:* id est in resurrectione a mortuis coeperunt operum suorum deo reddere rationem, quia tunc nemo venalis est nec quisquam alteri plus quam sibi consulit. *Ite ad vendentes et emite vobis.* Hoc responsum dedere, irridentes non consulentes, ut irent ad adultores et emerent sibi oleum, id est laudem famamque probitatis. *Ne forte non sufficiat vobis et vobis:* ne ad arrogantiam vobis accidat si vobis divinorum praebeamus munerum portionem. *Pulsantes dixerunt: Domine domine, aperi nobis!* Dictum quidem a domino <sup>148</sup> „Pulsate et aperiatur vobis;“ sed in hac praesenti vita, quando misericordiae non iudicii tempus est.

<sup>149</sup> *Et uni dedit quinque talenta:* id est pentateuchum, quem accipiens fidelis servus decalogi praecepta complevit. *Alii dedit duo talenta:* hoc est duo testamenta, vetus et novum, de quibus fidelis servus evangelia virtutum opere coaequavit. *Alii dedit unum talentum:* unam sententiam <sup>150</sup> „Quod tibi non vis fieri alii ne feceris;“ quam sententiam nequam servus non exequendo, id est aliis non praebendo, celasse et obruisse comprobatur, velut si quis lucernam sub modio tenebris per livorem abscondat.

<sup>151</sup> *Venit dies paschae.* Pascha domini passio est vel transitus, triduum ecclesia est; per *patremfamilias* domini

146. Non . . . potestate] Act. apost. 1, 7.

147. In . . . immutabimur] 1 Cor. 15, 52.

148. Pulsate . . . vobis] Matth. 7, 7.

149. Et etc.] Matth. 25, 15.

150. Quod . . . feceris] Matth. 7, 12.

151. Venit etc.] Matth. 26, 2—20.

patrem significat, per domum eius Hierusalem coelestem debemus intelligere ubi cum sanctis est convivium habiturus Christus dominus noster.

<sup>152</sup> *Invenietis pullum asinae.* Per asinam figurate intelligenda est synagoga, per pullum asinae lascivum populum gentilem indomitumque significat, ad quem duos ex discipulis misit: Petrum in circumcisionem, Paulum in gentes. *Tunc imposuerunt vestimenta super illum et Iesum supersedere fecerunt.* Id est: Vestis apostolica scripturarum est expositio divinarum, et nisi coelesti doctrina instructa fuerit anima, sessorem habere deum non meretur. *Vel Adduxerunt asinam et pullum eius:* id est gentilem populum, qui et praesepe domini sui ignoravit, hoc scilicet de quo cibaria sumimus. *Ramos de arboribus abscindentes:* peccata sunt quae in nobis virebant, arbores enim homines sunt; vel ramos de arboribus caedere et viam sternere est peccata sua domino confiteri, quo facilius in corde credentium Christus daemone victor incederet.

<sup>153</sup> *Hoc est enim corpus meum.* Corpus suum panem dicens, de multorum granorum adunatione congestum, populum hunc quem assumpsit indicat adunatum. *Hic est calix sanguinis mei.* Sanguinem suum vinum appellans, de botris atque acinis plurimis expressum et in unum coactum, item congregationem nostram significat commixtione adunatae multitudinis copulatam. <sup>154</sup> *Pater, si fieri potest, transeat vel transfer a me calicem istum.* Fragilitatem in se dominus praefigurabat humanam, qui sine labore patiendi liberari se cupiebat a corporis nexu. Ob hoc calicem pro passione ait; nam vinum sanguis interpretatur, et calix corpus agnoscitur: sicut enim vino calix, ita sanguine plenum est corpus humanum. <sup>155</sup> *Et percussit Petrus servum principis sacerdotum et amputavit eius auriculam dexteram.* Is autem cui ablata

152. *Invenietis* etc.] Matth. 21,  
2. 7. 8.

154. *Pater* etc.] Matth. 26, 39.

155. *Et* etc.] Matth. 26, 51;

153. *Hoc* etc.] Matth. 26, 26. Ioann. 18, 10.

est *Malchus* dicebatur. Id est: Rex quondam populi Iudaeorum servus factus est impietatis iudaicae, qui ideo perdidit dexteræ auris auditum, quia totam libere civitatem audire consueverat per fenestram; sed et dominus his qui ex Iudaeis credere volunt reddit aurem dexteram et facit eos ex servis genus electum.

<sup>156</sup> *Velum templi scissum* significabat populam ad videnda sacramentorum mysteria conversum ad deum ex gentibus quas credidisse noscitur; ideo enim Christus passus est maledictionem ut nos a maledictionibus liberaret, illud se passus est ut nos ab illusionem daemonum qui in hoc mundo versantur auferret. <sup>157</sup> *Spineam in capite coronam accepit*, ut sententiam capitalem, quæ ex spinis peccatorum nobis debebatur, eriperet. <sup>158</sup> *Aceto potatus est*, ut a credidit, qua sanguis noster efferbuerat, in se susciperet, et ipse liberaret a passionis calice qui nostris passionibus debebatur. <sup>159</sup> *Exspoliatus est*, ut nuditatem parentum nostrorum, ob quam (serpentis consilio factam) doluerant, niveo vestimentorum tegmine mirabiliter operiret. *In ligno suspensus est*, ut ligni praevaricationem ligno suæ tolleret passionis. <sup>160</sup> *Mortem quoque ad se venire permisit*, ut eam adversum se colluctantem dimicantemque prosterneret, et quæ per serpentem regnum invenerat cum ipso serpente postea fieret captiva per Christum. Cur latroni salvator ait <sup>161</sup> *Hodie mecum eris in paradiso*, cum utique illius secundum hominem corpus in terra, anima apud inferos fuerint? Sciendum est quod hanc promissionem secundum effectum divinae potestatis implevit, quia ubique deus esse credendus est, et ubi est deus illic et vita atque amoenitas aeterna.

<sup>162</sup> Quomodo *die tertio* resurrexit Christus a mortuis? Sciendum est quod prior fuit nox die, nam tenebrae erant

156. *Velum* etc.] Matth. 27, 51.

157. *Spineam* etc.] Matth. 27, 29.

158. *Aceto* etc.] Matth. 27, 34.

159. *Exspol. est*] Matth. 27, 35.

160. *Mortem* etc.] Matth. 27, 50.

161. *Hodie* etc.] Luc. 23, 43.

162. Quomodo etc.] Matth. 28, 1.

super aquas antequam a domino fieret lux; et cum primo die azymorum facto vespere Christus a Iuda sit traditus, primus parasceuae passionis dominicae intelligendus est dies, secundus sabbati, tertius is qui a resurrectione domini dominicus appellatur et primus est sabbati. Sane enim quod legimus in Matthaeo *Vespere sabbati venisse Mariam ad sepulchrum* vesperam ait pro eo quod est sero vel tarde; nam subiiciendo *quae lucescit in prima sabbati* non dubium est dominici diei significasse diluculum. Sive hoc magis intelligendum est quod hora sexta parasceuae, qua dimisit spiritum, factae sunt tenebrae, quae pro nocte sunt accipiendae: quibus finitis reddita est lux mundo: quae prima accipienda est dies dominicae passionis, secunda vero sequens nox diesque sabbati, tertia ipsum mane post sabbatum, id est diluculo cum surrexit dominus noster. <sup>163</sup> *Noli me tangere*: id est noli me corporali tactu sed fide pulsare. *Nondum enim ascendi ad patrem*: hoc est nondum in te ascendi quae viventem cum mortuis quaeris; et ideo ad discipulos mittitur, quorum credere disceret exemplo.

## LIBER SECUNDUS.

<sup>1</sup> *Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam.* Angelum hic hominem Ioannem scriptura significat, sicut et in Genesi ait: <sup>2</sup> „Videntes angeli dei filias hominum quod speciosae essent sumpserunt sibi uxores.“ Angelos istos dei intelligimus homines sanctos lapsos in peccatum. <sup>3</sup> *Vox clamantis in deserto* Ioannem significat clamasse Iudaeis; nam desertum dicit terram Iudaeam a sancto spiritu derelictam, <sup>4</sup> *Erat autem Ioannes ipse indutus pilis cameli.* Per habitum eius et cibum gentes significat tortuosas, cameli similitudinem habentes, venturas ad baptismum, et per *locustas* Iu-

163. *Noli* etc.] Ioann. 20, 17.

2. Videntes ... uxores] Gen. 6, 2.

3. *Vox* etc.] Marc. 1, 3.1. *Ecce* etc.] Marc. 1, 1.4. *Erat* etc.] Marc. 1, 6.



daeos, qui non militantes deo sine rege sunt ut locustae, per *mel* autem *silvestre* rusticos dicit, qui, credentes, dulces facti sunt deo. <sup>5</sup> *Et erat in deserto quadraginta diebus et quadraginta noctibus.* Hoc propter eos dictum est qui imaginario corpore dicunt eum fuisse et phantasma, vel propter eos qui hominem eum tantum fuisse putant; nam quadraginta diebus et quadraginta noctibus ieiunare non potuissent. <sup>6</sup> *Et cum venisset Iesus in domum Petri, invenit socram eius febricitantem.* Socrus Petri synagoga est, filiaque eius ecclesia quam regendam Petrus apostolus acceperat, febris ergo est iniquitas clandestina: a qua infirmitate id est a perfidia Iudaeorum ipsos evasisse probamus apostolos et velut resuscitados gentibus ministrasse cibos ac potus salutis aeternae.

<sup>7</sup> *Tunc iverunt ad eum portantes paralyticum in lecto qui a quatuor portabatur:* a corpore scilicet, quod corpus viventis ex quatuor substantiis constat, humore flatu sanguine et carne. *Nudatum vero tectum* confessionem significat peccatorum. Nam *grabatam* hominem ipsum oppressum onere delictorum debemus accipere. Cui ideo *dimittuntur peccata*, ut ablata languoris iniuria purificata anima corpus suum baiulans *pergeret ad propriam domum*, hoc est ad legis divinae custodienda praecepta.

<sup>8</sup> *Hi sunt qui supra terram bonam seminati sunt, qui audiunt verbum dei et faciunt, unum tricesimum,* quod ad coniuges pertinet, *aliud sexagesimum,* hoc ad viduas respiciens dicit, *aliud centesimum,* virginibus fractus iste convenit. <sup>9</sup> *Et facta est procella magna venti.* Figurata procella venti insidias diaboli significat: *navis* vero ecclesiam, *mare seculum, fluctus maris* humores. Et salvatorem *dormisse* dixit evangelista, ut hominem demonstraret, quem excitatum di-

5. *Et* etc.] Marc. 1, 13.

6. *Et* etc.] Marc. 1, 29—30.

7. *Tunc* etc.] Marc. 2, 3—5. 11.

8. *Hi* etc.] Marc. 4, 20.

9. *Et* etc.] Marc. 4, 37—39.

scipuli deum approbant dicendo eum imperasse vento et mari. *Et facta est tranquillitas magna*, id est serenitas.

<sup>10</sup> *Et exeunti de navi obviavit ei homo de monumentis, habens spiritum immundum.* Monumenta sunt mortuorum id est infidelium loca, ut legimus <sup>11</sup> „Dimitte mortuos ut sepe- liant mortuos suos,“ quorum habitator habebat daemonum legionem, hoc est plura peccata, quae scilicet, quoniam dae- monum stimulis committuntur, tanta sunt quanti eorum au- ctiores. *Nec quisquam poterat ligare eum catenis.* Revera qui amicus est seculi divinae charitatis vincula dirupit. *Et lapidibus se concidebat.* Concidebat imaginem illam ad quam plasmatus erat, pro deo lapides adorando. *Deprecabantur,* inquit, *Iesum Christum dicentès Mitte nos in porcos:* id est in homines luxuriosos et sordidos et porcorum more viven- tes, de quibus dicit alibi <sup>12</sup> „Nec miseritis margaritas ante porcos.“ <sup>13</sup> *Et mulier quaedam erat in profluvio sanguinis annis duodecim.* Cum iret dominus ad <sup>14</sup> filiam archisyna- gogi salvandam, id est populo iudaico medicaturus, haemorrhousa mulier, hoc est gentilis populus sanguinem idolis fundens, tacta fimbria vestimenti, id est totius legis mini- mum praeceptum exequens, scilicet <sup>15</sup> „Quod tibi non vis fieri alteri ne feceris,“ vel certe perseverantiam fidei ha- bens sanata est.

<sup>16</sup> *Egressus Iesus vidit turbam multam et misertus est eius.* Cum videret dominus fame verbi divini populum laborare, misertus est eius, scilicet ut ostenderet ad hoc se venisse ut spiritalem escam omnibus credentibus daret. Et quia necdum fuerat passus, ait *discipulis suis Date vos illis man- ducare:* hoc est praedicate illis filium dei, quia <sup>17</sup> „Lex et prophetae usque ad Ioannem“ erant. *Diem autem declinan-*

10. Et etc.] Marc. 5, 2. 3. 5. 9.  
(15.) 12.

11. Dimitte ... suos] Matth. 8,  
22. Luc. 9, 60.

12. Nec ... porcos] Matth. 7, 6.

13. Et etc.] Marc. 5, 25. 27.

Corp. Apoll. Vol. VIII.

14. fil. archisynag.] Marc. 5, 39.

15. Quod ... feceris] Matth. 7, 12.

16. Egressus etc.] Marc. 6, 34  
—38. 43.

17. Lex ... Ioannem] Matth.

11, 13.

tem, quia in fine mundi sumpto corpore Iesus in seculum venit, locum vero desertum iudaicum populum dicit, qui ob incredulitatem suam desertus est a spiritu sancto, ut ait dominus: <sup>18</sup> „Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.“ *Quinque panes* quinque libri Mosis intelligendi sunt, *duo pisces* duo testamenta sunt; quod autem iussit populum *discumbere et cessare super foenum* corpora nostra significat, Esaia dicente <sup>19</sup> „Omnis caro sicut foenum.“ *Duodecim cophinos* autem superesse manifestum est duodecim apostolos plenos spiritu sancto significari, quorum doctrinâ post escam legis quotidie satiamur.

<sup>20</sup> *Homo quidam erat dives*: Christus est intelligendus. *Is abiit in regionem longinquam*: nihil enim est longius quam terra a coelo. *Hic venit accipere regnum* humani generis. *Et reversus vocavit servos suos et dedit illis decem minas et ait ad illos*: *Negotiamini dum venio. Cives autem eius oderant eum*, Iudaei scilicet. *Venit ergo primus dicens*: *Domine, mina tua acquisivit decem minas*: hoc est praeceptum tuum servans acquisivit verba decalogi. *Et ait illi dominus*: *Euge serve bone et fidelis, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habens super decem civitates*: id est decem animas, quibus more angelorum homo ille praepositur quicumque in pecunia, id est in praedicatione divina, domino suo perseverans ac fidelis extiterit. *Et secundus venit dicens*: *Domine, mina tua acquisivit quinque minas*: id est mandatum tuum custodiens adeptus sum spiritaliter pentateuchi scientiam ad quinque corporis sensuum perfectionem. *Et huic dixit*: *Et tu esto super quinque civitates*: id est quinque animas, eo quod pecuniam domini et eloquia casta quasi argentum probatum mentibus hominum foenerasti. Denique *celanti* divinam doctrinam velut lucernam sub modio ait dominus: *Quare non dedisti pecuniam meam ad mensam nummulariis, ut ego veniens cum usuris utique exegissem eam?*

18. Ecce ... deserta] Matth. 23, 38.

19. Omnis ... foenum] Ies. 40, 6.  
20. Homo etc.] Luc. 19, 12—23.

Unde sciendum est <sup>21</sup> quia spiritalis pecuniae, id est praedicationis divinae, usura exercitium est boni operis; secularis autem pecuniae usura peccatum est.

<sup>22</sup> *Et statim apertae sunt aures eius et soluta est lingua eius.* Sciendum est quod Christus non solum spiritalia sed et carnalia miracula faciebat, praebendo lumen caecis, surdis auditum, mutis loquelam, apostoli autem spiritalia miracula faciebant, praedicando scilicet ut monitis ipsorum conversi homines et verba veritatis audirent et viderent divina mysteria ac deo placita loquerentur.

*De tribus mortuis a Christo resuscitatis.* Tres mortui a salvatore resuscitati tria genera peccantium indicant. Nam per <sup>23</sup> *filiam archisynagogi* intra domesticos parietes resuscitatam eos scriptura evangelica demonstrat qui in cordibus suis, cum adhuc meditantur delinquere, inspiratione divina revocantur a peccato mortis aeternae. Per <sup>24</sup> *iuvenem autem defunctum*, quem elatum de domo sed necdum sepultum dominus suscitavit, intelligendi sunt qui, pravum aliquod mox ut publica actione commiserint, divina reverentia compuncti peccare desistunt. Per <sup>25</sup> *Lazarum vero quatruiduanum ac foetentem* eos scriptura declarat quos consuetudo peccandi facit horribiles, eosque salvator obiurgans et fremens spiritu, id est minis terroribusque poenarum, a necessitatibus eripit delictorum.

LIBER TERTIUS.

<sup>1</sup> *Vinum et siceram non bibet*, vinum propter luxuriam, siceram vero propter dulcedinem et voluptatem: quae sicera est succus dactyli. <sup>2</sup> *Potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahae.* Lapidem pro Iudaeis posuit, pro cor-

21. quia] Cf. lib. I. n. 105. Mox: „sciendum est quod.“

22. Et etc.] Marc. 7, 35.

23. fil. archisynag.] Marc. 5, 39.

24. iuvenem def.] Luc. 7, 12.

25. Lazarum quatr.] Ioann. 11, 39.

1. Vinum etc.] Luc. 1, 15.

2. Potens etc.] Luc. 3, 8.

dis duritia: de quibus suscitavit apostolos. Vel quia de gentibus martyres extiterunt. <sup>3</sup> *Iam securis ad radices arborum posita est.* Securem pro cruce ait, cui similis est per manubrium; nam arbores pro martyribus ait.

<sup>4</sup> *Nemo accendit lucernam et ponit eam sub modio.* Lucerna Christus est sive lex divina illuminans cor nostrum, modium pro seculo ait, candelabrum auctoritas veritatis est, unde oportet nos mandata Christi non celare sed palam prodere, ut luceant opera nostra omnibus qui <sup>5</sup> *in domo* sunt, id est in ecclesia.

<sup>6</sup> *Jesus ascendit in montem,* id est in maiestatem patris, et *vultus eius immutatus est,* scilicet maiore sui luminis claritate, ne de ipso adhuc discipuli dubitarent. Nam dixerat sancto Petro: <sup>7</sup> „*Modicae fidei, quare dubitasti?*“ Per *vestem* vero ipsius *splendidam* assumptionem sanctorum futuram indicat, per *tria enim tabernacula* triduanam tumuli habitationem ostendit sive trinitatis figuram.

<sup>8</sup> *Quia si in Tyro et Sidone factae fuissent virtutes quae in vobis factae sunt.* Cum dicat salvator Tyrum et Sidonem poenitentiam agere potuisse si in eis divinarum apparuisent signa virtutum, non eapropter illic facta non sunt quia salutem fuissent credentibus allatura, sed quia dominus ac salvator pro divina dispensatione non venerat nisi ad oves quae perierant domus Israel. Et quid est <sup>9</sup> *quod non venerat nisi ad oves quae perierant domus Israel?* Quia inter reliquas usquequaque nationes specialiter Israel unum deum coluit, atque, ut ita dixerim, peculiaris illius populus fuit, ob merita Abrahae Davidis et caeterorum patriarcharum quibus Christus proprie repromissus est, atque ex eorum stirpe descendens inde ipsam carnem in qua terris apparuit as-

3. *Iam* etc.] Luc. 3, 9.

4. *Nemo* etc.] Luc. 8, 16.

5. *in domo*] Matth. 5, 15.

6. *Jesus* etc.] Matth. 17, 1—4.

Idem scholion est in lib. I. n. 124.

7. *Modicae* ... dubitasti] Matth.

14, 31.

8. *Quia* etc.] Luc. 10, 13.

9. *quod* etc.] Matth. 15, 24.

sumpsit. Sed tamen, quia virtutes postea et in gentibus factae sunt, ita hoc testimonium intelligi potest ut, ubi dicit „non veni nisi ad oves,“ subaudiatur illic „prius“ et ita hoc testimonio veritas et misericordia dei in universos prompta clareat magis.

<sup>10</sup> *Ecce efferebatur mortuus filius unicus matris suae quae erat vidua, et multa turba civitatis sequebatur eam.* Per civitatem intelligendus est mundus, per filium unicum mortuum exterior homo (id est corpus) accipiendus est, cuius matrem animam, patrem vero spiritum credimus dei, a quo anima in hominem afflata est quae corpus humanum et unicum filium ab infantia instituit ac nutrit: quam animam ideo matrem viduam debemus accipere quia, cum in Adam accepta lege extitit praevaticatrix, recedens ab ea spiritus dei viduam illam reliquerat et ob hoc unicum filium suum (id est Adae corpus mortuum peccato) amisit. Quam ideo ait quod multa turba sequeretur civitatis, quoniam multi ex hoc mundo sequuntur Adam. Fletus autem matris viduae poenitentiae fuit indicium; huic dominus ideo ait *Noli flere* quia restituere illi filium disponebat. Et quod funus eius contigit dominus, congressurum se cum morte in assumpto corpore indicabat. Ille autem iuvenis quod resurgens sedit ac loquebatur, Adam resuscitandum et animae (hoc est matri suae) reddendum designabat.

<sup>11</sup> *Homo quidam descendit ab Hierusalem in Hiericho.* Hierusalem interpretatur visio pacis, Hiericho seculum, homo quidam Adam. *Incidit in latrones:* id est in diaboli voluntates, quae illum *exspoliaverunt:* hoc est abstulerunt ei indumentum immortalitatis et ingesserunt ei peccatorum plagas. Hunc *semivivum* neglexit *sacerdos* atque *levita*, id est Aaron et Helias vel Moses, qui vulnera illius non laverunt, id est peccata gentium non curaverunt. *Samaritanus* autem Christus intelligendus est, qui vulnera nostra curavit, *oleum infundens:* id est sanguinem suum et chrisma largitus est.

10. *Ecce etc.*] Luc. 7, 12—15.

11. *Homo etc.*] Luc. 10, 30—35.

*Impositum iumento perduxit ad stabulum*: id est assumptum hominem ad ecclesiam duxit; nam stabularii episcopi sunt. Quod autem dixit *Revertens reddam tibi* in futuro adventu mercedem medicinae ac praedicationis suae daturum se pollicetur episcopis.

<sup>12</sup> *Hominis cuiusdam divitis uberes fructus possessio attulit*. Luxuriosum hominem significat plenum peccatis. Quem, cupientem amplius delinquere per illecebras vitiorum, dominus alloquitur dicens *Stulte, hac nocte, scilicet quanto plus peccas et latere te aestimas, anima tua a te auferetur*, id est carnis erit socia qua stimulante peccata moliris. <sup>13</sup> *Ignem veni mittere in terram*: id est spiritum sanctum carnalibus dare. <sup>14</sup> *Erunt quinque in domo una divisi, tres a duobus et duo a tribus*. Matrem patrem filium filiam nurum, hos quinque persecutio separabit, dum alii Christo alii uniuntur seculo. Nec non cum venerit antichristus legem veteris testamenti scriptam in duabus tabulis praedicabit, Helias autem patrem et filium et spiritum sanctum annuntiabit. Tunc sancti confessuri sunt trinitatem, impii vero diaboli sequentur doctrinam. Ita dividuntur duo a tribus et tres a duobus. <sup>15</sup> *Et inimici hominis domestici eius*. Inimici veritatis erunt etiam domestici hominis, cum vel pater filium vel filius patrem doctrinae diabolicae consentire fuerit adhortatus, dicens „Cave ne occidaris, consentias ei qui dixit <sup>16</sup> „Haec omnia mea sunt et cui volo do illa.““

<sup>17</sup> *Quis ex vobis volens turrem aedificare non prius sedens computat sumptus, si habet quae opus sunt?* Per turrem vitam nostram significat, quia eam ex omnibus mandatis Christi debemus aedificare et trabe crucis Christi consignare operis coepto finem, id est perseverantiam fidei, ne forte aliqui imperfectum opus nostrum derideant. <sup>18</sup> *Homo qui-*

12. *Hominis* etc.] Luc. 12, 16  
—20.

13. *Ignem* etc.] Luc. 12, 49.

14. *Erunt* etc.] Luc. 12, 52—53.

15. *Et* etc.] Matth. 10, 36.

16. Haec . . . illa] Luc. 4, 6.

17. *Quis* etc.] Luc. 14, 28.

18. *Homo* etc.] Luc. 14, 16—24.

*dam fecit coenam magnam.* Per coenam adventum salvatoris nostri scriptura significat, quod omnes gratiam spiritalem convivio domini sumpturi eramus, et ideo coenam ait quia sub vesperam seculi Christus advenit. *Qui misit servos suos*, id est apostolos, ut vocarent Iudaeos ad convivium domini iam pridem invitatos per prophetas. Illi autem nolentes Christo credere *excusaverunt se*; per sollicitudinem seculi praesentia diligentes et futura contemnentes, ad coenam dominicae passionis venire contempserunt per mille excusationes. Qui per *quinque iuga boum* se excusaverunt illi intelliguntur qui de lege pentateuchi recedere noluerunt, ut ad coenam, id est ad Christi perfectionem, venirent evangelium suscipiendo. Illi autem qui per *uxorem ductam* se excusant sunt qui a libidine corporis detinentur et ad Christum venire non merentur, licet per legem sint vocati. Deinde *mittuntur servi*, id est apostoli, *ad exitus viarum*, et, quia Iudaei indignos se iudicaverunt non recipiendo adventum domini et convivium sancti sacramenti spreverunt, *convocarunt luscus*, id est sacrilegiis suis deum non videntes, *claudos*, id est qui per viam veritatis minime ambulabant, *mendicos*, id est pane vitae aeternae egentes. Vel pro his vocatis et venire nolentibus apostoli venerant ad convivium domini. Ex his unus <sup>19</sup> *qui non habuit tunicam nuptialem*, id est bonam conscientiam, ut Iudas Iscariotes, *in exteriores tenebras proiectus est.* Vel generaliter hoc debemus accipere: quia quisquis crediderit ex gentibus, nisi fideliter mysterium baptismatis fuerit consecutus, peccatorum tenebras non potest evitare, quia <sup>20</sup> „nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non intrabit in regnum coelorum.“

<sup>21</sup> *Simile est regnum coelorum fermento quod accepit mulier.* Per mulieris figuram propter filiorum procreationem ecclesiam significat, sicut alibi scriptura virginem ponit eam

19. qui etc.] Matth. 22, 11.

21. Simile etc.] Luc. 13, 21.

20. nisi ... coelorum] Ioann. 3, 5.



propter integritatem. Haec accepit fermentum: id est doctrinam Christi. *Sata tria* significant trinitatem. Et abscondit illud *in farina*: hoc est populò tradidit numero, quia permixtione universitas multiplicata est christiana.

<sup>22</sup> *Homo quidam habuit duos filios, et dixit illi iunior Pater da mihi portionem substantiae quae me contingit.* Hic autem Adam et Christus est intelligendus; nam per patrem patrimonium paradisi scriptura significat, quem accipiens Adam per inobedientiam perdidit. *Abiit in longinquam regionem*, id est in seculum, ubi *fames est facta*, divini scilicet verbi, et *cupiebat se de siliquis saturari quas porci manducabant*, id est secularium cibis uti delectabatur. Quod autem poenitens *ad patrem reversus est* significat gentes, quae Adae figuram habent, cognituras creatorem suum. *Stolam primam*, vitam scilicet quam diabolus ademerat, per Christum recepit, et *annulum in manu eius fidem* dicit quam amiserat, per *calciamenta* vero vestigia munita intelliguntur quibus diaboli non timeat lapsum, ut ait apostolus <sup>23</sup> „Calciati pedes in praeparatione evangelii pacis,“ per *vitulum occisum* Christum pro Adam, scilicet pro gentibus, significat passum. *Senior frater* Iudaeus est. Cui pater ait: *Tu mecum semper es, et omnia mea tua sunt*: a quo de regressione fratris repellitur invidia.

<sup>24</sup> *Homo quidam erat dives qui habebat villicum.* Hanc comparisonem salvator villico iustitiae, id est episcopis, dedit, ut, quomodo domino suo fraudem fecit ut haberet unde postea viveret, ita episcopi non omnia peccata ulcisci debeant, sed locum poenitentiae reservare eos conveniat, cum praesertim ipse dominus dixerit <sup>25</sup> „Nolo mortem peccatoris sed ut convertatur a via sua et vivat.“ Ideo autem laudavit dominus Iesus fraudatorem domini sui, ut eius sequentes exemplum non omnia debita exigamus.

22. *Homo* etc.] Luc. 15, 11—31.

24. *Homo* etc.] Luc. 16, 1—8.

23. Calciati . . . pacis] Ephes. Cf. infra n. 44.

6, 15.

25. Nolo ... vivat] Ezech. 33, 11.

<sup>26</sup> *Et occurrerunt ei decem viri leprosi.* Per decem viros leprosos mundatos unumque gratias agentem Iudaeos arguit Iesus, quia, cum omnes eos a diversis languoribus liberasset, ingrati eius fuere virtutibus, solusque Naaman gentilis ab Elisaeo purgatus gratias egit deo.

<sup>27</sup> *Iudex quidam erat in civitate,* hoc est Pilatus erat in seculo, *nec deum timens nec hominem reverens,* Christum scilicet dicit qui deus erat et homo. *Vidua quaedam,* id est synagoga, *coepit ad illum dicere: Vindica me de adversario meo,* hoc est de Christo. Et Pilatus *nolebat multo tempore,* dicens *Quid enim mali fecit? Post haec autem dixit intra se: Etsi deum non timeo neque hominem revereor,* id est Christum qui utrumque erat, *tamen quia molesta est mihi haec vidua vindicabo illam,* scilicet synagogam. Significat ergo congregationem Iudaeorum insolentem fuisse Pilato, cum clamaret <sup>28</sup> „Non hunc dimittas sed Barrabam.“ <sup>29</sup> Ille autem lotis manibus dixit „Innocens sum a sanguine iusti huius, vos videritis!“ Et dimisit illis Barrabam, Iesum vero flagellis caesum tradidit eis ut crucifigeretur.

<sup>30</sup> *Zachaeus statura pusillus erat,* scilicet quia necdum habuerat fidem quam adeptus est *in arborem ascendens,* id est credens in eum qui crucifigendus erat. *Ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus, et si cui aliquid fraudis feci reddo quadruplum.* Non est hoc contrarium ei quod alibi dicit Iesus <sup>31</sup> „Dimitte omnia tua et sequere me,“ quia dimidium bonorum suorum daturum se pauperibus pollicetur et dimidium his quos fraudatus fuerat impartiturum.

<sup>32</sup> *Homo quidam erat paterfamilias, qui plantavit vineam et sepem circumdedit ei et fodit torcular in ea.* Per patrem-

26. *Et etc.*] Luc. 17, 12—15.  
Coll. 4, 27 (4 Regg. 5, 14).

27. *Iudex etc.*] Luc. 18, 2—5.

28. Non ... Barrabam] Luc. 23, 18.

29. Ille etc.] Matth. 27, 24; 26.

30. *Zachaeus etc.*] Luc. 19, 2.  
3. 8.

31. Dimitte ... me] Luc. 18, 22.

32. *Homo etc.*] Matth. 21, 33.

35. 38. 39.

familias deum patrem significat, plantantem vineam, scilicet populum Israel, sepe circumdantem, prophetarum praedicationibus munientem, fodientem torcular, patientiam voluntatis et devotionis perseverantiam: ubi per lignum crucis et lapidem angularem affluere faciant spiritalis dulcedinis fontem. *Et aedificavit turrem*, gloriam suam et altitudinem divinae legis, ad quam evangelii praedicatione conscenditur, *et locavit vineam agricolis*, id est doctoribus legis ac sacerdotibus. *Qui interfectis servis*, id est prophetis exigentibus ab eis fructum iustitiae fideique, per quos credere debuerant in adventum filii dei, *hunc peremerunt* putantes necato eo se haereditatem patris posse lucrari.

<sup>33</sup> *Qui habet dabitur illi*: verbi gratiâ si fidem habens charitatem non habet, etiam cadet a fide, quam se habere credebat.

Quomodo salvator secundum hominem evectus est ad coelum aut quomodo coelum permittitur sanctis, cum dicat: <sup>34</sup> *Nemo ascendit in coelum nisi qui de coelo descendit, filius hominis qui est in coelo?* Aut quomodo in coelo erat, cum adhuc esset in terra? Sciendum est quod secundum carnem in terra erat, secundum deitatem in coelo non deerat: ideo et ipse ascendit qui descendit, quia, licet homo factus sit, non tamen deus esse destitit. <sup>35</sup> Idem est ergo homo et deus, id est Christus una persona est. Et utique, <sup>36</sup> cum ille sit caput, sancti autem sint membra eius, necesse est ut sequamur membra eius quo caput praecessit, ut sit in coelo Christi corporis plenitudo. <sup>37</sup> *Non enim ad mensuram dat deus spiritum*. Hoc de filio proprie intelligendum est, in quo est <sup>38</sup> plenitudo divinitatis; nam homines secundum mensuram accipiunt gratiam spiritus sancti.

<sup>39</sup> *Arborem fici quidam habuit plantatam in vinea sua*.

33. *Qui etc.*] Luc. 8, 18.

34. *Nemo etc.*] Ioann. 3, 13.

35. *Idem . . . una persona est*]

His verbis perspicue Nestorianismo contradicit.

36. *cum etc.*] Ephes. 4, 15.

37. *Non etc.*] Ioann. 3, 34.

38. *plen. div.*] Col. 2, 9.

39. *Arborem etc.*] Luc. 13, 6.

Apta synagogae arboris istius comparatio est: quia sicut illa arbor, foliis redundans affluentibus, spem possessoris sui cassa speratorum proventuum expectatione destituit, ita etiam in synagoga doctores eius operibus infoecundi divinis verbis tantum, velut foliis redundantibus, gloriantur; inania verba legis exuberant, spes autem falsi exspectata proventus populi vota credentis illudit. <sup>40</sup> *Ecce mulier quae habebat spiritum infirmitatis annis decem et octo, et erat inclinata.* In muliere infirma est figura ecclesiae, quae cum mensuram legis, in qua est decalogus, et resurrectionem Christi, in qua <sup>41</sup> octo beatitudines sunt, impleverit, tunc *sabbato*, id est quiete perpetua, perfruatur, et in sublime *erecta* fastigium inclinationem nostrae infirmitatis sentire non poterit. Ideo autem curata est haec mulier, id est populus christianus, quia et legem implevit et percepit gratiam in lavacro, per quod morimur seculo et resurgimus Christo; nam in decem verbis legis perfectio est, in octavo numero resurrectionis est plenitudo.

<sup>42</sup> *Non bibam amodo de hoc genimine vitis usque in diem illum cum illud bibam vobiscum in regno patris mei.* Per germen vitis populum significat Iudaeorum, quem negat se esse assumpturum nisi in regno patris sui, hoc est nisi in fide ipsius crediderint. Et appellatione patris se asserit filium, quia pater non dicitur nisi habens filium; per regnum autem fidem indicat, ut alibi ait <sup>43</sup> „Regnum meum intra vos est.“

<sup>44</sup> *Dives qui habebat villicum, sive dispensatorem, deus*

40. *Ecce* etc.] Luc. 13, 11—14.

41. octo beatitud.] Matth. 5, 3 sqq.

42. *Non* etc.] Matth. 26, 29.

43. Regnum ... est] Luc. 17, 21.

44. *Dives* etc.] Luc. 16, 1—8.

Is locus est quem Hieronymus in Epistola 121 ad Algasiam (Opp. ed. Vallars. T. I. p. 860 sq.) profert: „Theophilus, Antiochensae ecclesiae

septimus post Petrum apostolum episcopus, qui quatuor evangelistarum in unum corpus dicta compingens ingenii sui nobis monumenta dimisit, haec super hac parabola in suis Commentariis est loquutus: *Dives qui habebat villicum*“ etc. usque ad „perdiderunt.“ Vide quae supra in Praefatione p. VIII sq. monui. Adnotabo lectio-

omnipotens est, quo nihil <sup>45</sup> ditius. Huius dispensator <sup>46</sup> erat Paulus, qui, <sup>47</sup> ad pedes Gamalieleis sacras literas <sup>48</sup> discens, legem dei susceperat dispensandam. <sup>49</sup> Hic cum coepisset credentes in Christum <sup>50</sup> persequi et omnem domini sui *dis-*  
*sipare* substantiam, <sup>51</sup> dictum est ei: <sup>52</sup> „Saule Saule, quid me persequeris? Durum est tibi contra stimulum calci-  
trare!“ Dixitque in corde suo: <sup>53</sup> *Quid faciam?* <sup>54</sup> Magi-  
ster fui, et cogor esse discipulus Ananiae; villicus, et ope-  
rarius in gentibus. *Fodere non valeo*; omnia enim mandata  
<sup>55</sup> legis conspicio destructa, et legem <sup>56</sup> ac prophetas usque  
ad Ioannem Baptistam esse finitos. *Mendicare erubesco*: ut  
<sup>57</sup> scilicet qui doctor fueram Iudaeorum cogar <sup>58</sup> ad gentes  
per Ananiam discipulum veritatis et fidei mendicare doctri-  
nam. Faciam ergo quod mihi utile esse cognosco, ut, *cum*  
*proiectus fuero de villicatione mea, recipiant me Christiani*  
*in domos suas.* <sup>59</sup> Coepit eos, qui prius versabantur in lege  
et sic in Christum crediderant ut arbitrarentur se in lege  
iustificandos, docere legem abolitam, prophetas <sup>60</sup> transiisse,  
et quae antea <sup>61</sup> fuerant pro lucro in stercora deputari.

nes Hieronymi (= H.) discrepantes.  
— Hoc fragmentum admodum vitiose  
exhibuit Maranus (p. 601), ex Wolfii  
editione (Praef. p. 49 sq.), in qua ex  
Grabiano Spicilegio repetitum est.

45. ditius] H. est ditius.

46. erat] H. est.

47. ad . . . discens] Actt. apost.  
22, 3.

48. discens, legem] H. didicit et.

49. Hic] H. Qui.

50. persequi] H. persequi, li-  
gare, occidere.

51. dictum est ei] H. correptus  
a domino est.

52. Saule . . . calcitrare] Actt.  
apost. 9, 4—5.

53. *Quid faciam*] Actt. apost.  
22, 10.

54. Magister . . . in gentibus]  
Actt. apost. 9, 17—18. H. quia,  
qui magister fui et villicus, cogor  
esse discipulus et operarius.

55. legis conspicio] H. legis quae  
terrae incubabant cerno.

56. ac] H. atque. Cf. Luc. 16, 16.

57. scilicet] Apud H. deest.

58. ad gentes . . . et fidei] H. a  
gentibus et a discipulo Anania salu-  
tis ac fidei.

59. Coepit] H. Coepitque.

60. transiisse] H. praeteriisse.  
Pro „prophetas“ (sic etiam aliquot  
Hieronymi codices) Vallarsius male  
„prophetias“ dedit.

61. fuerant p. lucro in sterc.  
dep.] Phil. 3, 7—8. H. pro lucro  
fuerant reputari in stercora.

Vocavit itaque duos de plurimis *debitoribus*. <sup>62</sup>Primus, qui *debebat centum batos olei*, eos videlicet significat qui fuerant ex gentibus congregandi et dei misericordia indigebant: <sup>63</sup>ac de centenario numero, qui perfectus est, fecit eos scribere *quinguagenarium* <sup>64</sup>numerum convenientem poenitentibus, iuxta iubilaeum et illam in evangelio parabolam in qua alteri <sup>65</sup>quingenta denarii remittuntur. Secundum autem vocavit populum Iudaeorum, qui <sup>66</sup>*pabulo* mandatorum dei nutritus erat, et debebat ei *centenarium* numerum: <sup>67</sup>quem coëgit ut de eo faceret *octoginta*, id est crederet in domini resurrectionem, quae octavae diei numero continetur <sup>68</sup>et octo decadibus completur, ut de sabbato transiret ad primam sabbati. Ob hanc causam a domino <sup>69</sup>*collaudatur quod bene fecerit* et pro salute sua in evangelii clementiam de legis <sup>70</sup>auctoritate mutatus sit. <sup>71</sup>Ideo autem vocatur *villicus iniquitatis* quia, licet bene offerebat, non bene tamen dividebat, credens <sup>72</sup>quidem in patrem sed filium persequens, habens deum omnipotentem sed <sup>73</sup>sanctum spiritum negans. Prudentior itaque fuit Paulus apostolus in transgressione legis *filiis* quondam *lucis*, qui in legis observatione versati Christum, qui dei patris <sup>74</sup>est verum lumen, perdiderunt. <sup>75</sup>*Qui fidelis est in minimo*, id est in carnalibus, *et in multis fidelis erit*, hoc est in spiri-

62. Primus etc.] H. Primum, qui ... olei, eos videlicet qui etc. Mox: congregati et magna indigebant misericordia dei.

63. ac] H. et. Tum: qui plenus est atque perfectus.

64. numerum] H. omisit. Idem pro „convenientem poenitentibus“ praebet „qui proprie poenitentium est.“

65. quinquaginta den. remitt.] Luc. 7, 41. H. quingenti alteri quinquaginta den. dimittuntur.

66. *pabulo*] H. *tritico*.

67. quem] H. et. Deinde: ut de centum octoginta faceret.

68. et octo dec. compl.] H. et de octo completur decadibus. Mox: de sabbato legis.

69. *collaudatur*] H. *praedicatur*.

70. auctoritate] H. austeritate.

71. Ideo ... dividebat] H. Quodsi quaesieris quare vocetur *villicus iniquitatis* in lege quae dei est: iniquus erat villicus, qui bene quidem offerebat sed non bene dividebat.

72. quidem] Apud H. deest.

73. sanct. spir.] H. spir. sanctum.

74. est. v. l.] H. v. l. est.

75. *Qui* etc.] Luc. 16, 10—12.

talibus; *qui autem in parvo iniquus est*, ut non det fratribus ad utendum quod a deo pro omnibus est creatum, iste in spiritali pecunia dividenda iniquus erit. *Si autem* (inquit) *carnales divitias* quae labuntur *non bene* dispensetis, *veras aeternasque divitias* coelestis doctrinae *quis credet vobis?* *Et si in his quae aliena sunt* (alienum est autem a nobis quod seculi est) *infideles fuistis, ea quae vestra sunt* et proprie homini deputata *quis credet vobis?* Unde corripit avaritiam, dicens eum qui amat pecuniam deum amare non posse. Sciendum est autem hanc comparisonem salvatorem nostrum <sup>76</sup> episcopis posuisse.

#### LIBER QUARTUS.

<sup>1</sup> *In principio erat verbum et verbum erat apud deum.* Principium est deus, verbum filius dei Christus, de quo paterna vox dicit in psalmo <sup>2</sup> „Eructavit cor meum verbum bonum,“ id est Christum, per quem omnia facta sunt. <sup>3</sup> *Et sine ipso factum est nihil* id est idolum, <sup>4</sup> „quod,“ ut ait apostolus Paulus, „scimus quia nihil est in mundo.“

<sup>5</sup> *Quid mihi et tibi est mulier? Nondum venit hora mea.* Hoc ideo ait quia Christus et deus erat de deo natus, faciens miracula, et homo erat per matrem, humana tractando. Ergo nunc, quia mysterium operaturus erat aquam in vinum mutando, nihil se commune dicit habere cum matre, id est nihil humani sed divini operis ait se esse facturum.

76. episcopis] Idem supra monitum est: n. 24.

1. *In* etc.] Ioann. 1, 1.

2. Eructavit ... bonum] Ps. 44,

2. Etiam alii patres haec verba deo patri tribuunt, ut dicat a se genitum Verbum. Cf. Theoph. Ad Autol. lib. II. c. 10. n. 6. Alii vero auctorem psalmi statuunt ex sui ipsius persona loqui et hoc velle: ex ani-

mo suo scaturiisse praeclarum quiddam quod hoc psalmo proponat: ut Eusebius, Basiliius, Chrysostomus, Theodoretus ad hunc psalmum; cf. Corderianam Catenam et Hieronymum in Epist. ad Damasum.

3. *Et* etc.] Ioann. 1, 3.

4. quod ... mundo] 1 Cor. 8, 4. Caeterum *quia* (ὅτι) = *quod*: lib. I. n. 105.

5. *Quid* etc.] Ioann. 2, 4. 6. 7. 9.

Nam per *nuptias* coniunctionem Christi et ecclesiae, hoc est veteris et novi testamenti traditionem, debemus accipere, per *septem* autem *hydrias lapideas* septem ecclesias super petram fundatas, *aqua plenas*, id est baptismatis gratia repletas. Quod autem dicit scriptura *capientes metretas binas vel ternas*, binae eos significant qui matrimoniis coniunguntur, quod vero ternas dicit, eos demonstrat qui trinitatis virtute spiritales effecti sunt. *Architriclinus* autem Moses et novus *sponsus* Christus est intelligendus. *Aquas in vinum conversas* significat fideles baptismate cruorem passionis appetere.

<sup>6</sup> *Respondit mulier et dixit Non habeo virum.* Haec mulier Samaritana erat, quam per *quinque viros* quinque libros Mosis dominus habuisse significat.

<sup>7</sup> *Est autem Hierosolymis natatoria piscina, quinque porticus habens.* Per quinque porticus quinque libros Mosis significat, quibus populus Israel continebatur. Nam per *aquam* populus iudaicus est intelligendus, qui adveniente domino nostro ita turbatus est eius videndo miracula, sicut aqua *per angelum* movebatur. Ideo autem ad motum aquae *unus* curabatur quia unica est ecclesia. Ob hoc etiam scriptum est quod *non nisi qui descendisset sanabatur*, quia <sup>8</sup> „superbis deus resistit, humilibus autem dat gratiam.“ Quod vero eum *triginta octo annos in infirmitate iacuisse* scriptura commemorat, sciendum est quadragenarium numerum plenitudinem conferre iustitiae; nam quadraginta diebus ac noctibus Moses et Helias et Christus ieiunasse noscuntur, quoniam ab uno qui deus est usque ad quatuor multiplicatio facit decem, quot sunt praecepta decalogi: qui denarius numerus veteris testamenti per evangelium quadragenarium numerum facit, ad quem implendum, quia duo

6. *Respondit* etc.] Ioann. 4, 17  
—18.

7. *Est* etc.] Ioann. 5, 2. 4. 5. 8.

8. *superbis ... gratiam*] Iac. 4,  
6. 1 Petr. 5, 5.



mandata deerant infirmanti, scilicet <sup>9</sup> „Diliges dominum tuum ex toto corde tuo“ et „Proximum tuum tanquam teipsum,“ venit ad aegrum Iesus, qui erat deus et homo, utriusque dilectionis auctor atque collator, et sanavit eum, dicens *Tolle grabatum tuum et vade in domum tuam*. Et quid est ferre grabatum nisi quod voluntatem carnis nostrae, in qua iacebamus, quasi in lecto comprimere debeamus et, cum fuerimus salvati divinitus, ferre nitamur ut carne nostra potiores probemur? Nam quod ait *Vade in domum tuam*, hoc praecepit ut faciamus divina mandata, per quae ad aeternam domum pervenire possimus.

<sup>10</sup> *Et nemo misit manum in eum quia nondum venerat hora eius*. Haec hora non secundum mathematicos intelligenda est, sed potius hora illa qua ipse crucifigi et pati voluit. Inde ait *Nondum venerat hora eius*, quia nondum universa propositae operationis impleverat mysteria, propter quae carnem dignatus erat sumere.

<sup>11</sup> *Et praeteriens vidit hominem caecum a nativitate sua*. Per caecum naturaliter non videntem et illuminatum significat humanum genus originali peccato detentum. *Mittitur in Siloa*: id est in baptismatis fonte a gentilitatis sacrilegio detentus liberatur. *Lutum* vero, factum de saliva oris domini ac positum super oculos caeci, significat huc quod naturae deerat opere suo implere figulum, ut illuminationem nostram auctori imputemus potius quam naturae. <sup>12</sup> *Erat quidam languens Lazarus a Bethania*. Per Lazarum humanum genus ostenditur, quod ante adventum Christi in seculi noctibus dormiebat. *Institis* autem *constrictus* significat peccatis propriis obvolutum. *Martha* vero et *Maria* ecclesiae fides et opera intelliguntur, rogantes Christum ut Lazarum, id est humanum genus, vivificet. *Lapis* autem *revolutus* a

9. Diliges . . . teipsum] Matth. 22, 37. 39. (Deuter. 6, 5. Lev. 19, 18.)

10. Et etc.] Ioann. 7, 30.

11. Et etc.] Ioann. 9, 1. 6. 7.

12. Erat etc.] Ioann. 11, 1. 35. 39. 44.

*monumento* significat infidelitatis duritiam ab hominum corde submotam. Per *quartum diem resurrectionis eiusdem* quatuor evangeliorum demonstrat figuram, quorum praedicatio duritiam a nobis aufert cordis. Quod autem *lacrimatus est Iesus*, vel propter perfidiam Iudaeorum vel ut se hominem demonstraret flevit. Item aliter <sup>13</sup> *de alio Lazaro* Lucae inquirendum est, quomodo in parabola Lazari dives in tormentis sit ante iudicium, aut quomodo digitum Lazari dicat. Numquid corpora apud inferos sunt, aut ipse qui aquam desiderat numquid sitim corporis sentiebat? Haec autem omnia secundum eos affectus loquitur, quos aliquando pro necessitate corporis gesserat. Caeterum ille ante iudicium tormentorum sensus quasi pro loco custodiae, in quo erat, accipiendus est. Res quippe ipsa in custodia non est absque tormentis. In hoc quoque, quod apud infernum Abrahamum videt, hic subesse a quibusdam ratio putatur, quod omnes sancti ante adventum domini Iesu Christi etiam ad inferna, licet in refrigerii locum, descendisse dicuntur. Alii opinantur locum illum, in quo Abraham erat, ab illis inferni locis seorsim in superioribus fuisse constitutum. Propter quod dicit dominus de illo divite quod *elevans oculos suos, cum esset in tormentis, vidit Abraham de longe*. Sinus quoque ipsius Abrahae designat loci illius et regionis quietem.

<sup>14</sup> *Ambulate dum lucem habetis*. Per lucem Christum legemque significat, per *tenebras* vero antichristum erroris auctorem. <sup>15</sup> *Vado ad patrem, quia pater maior me est*. Cur igitur alibi ait Iesus: <sup>16</sup> *Ego et pater unum sumus?* <sup>17</sup> Sciendum est quod Christus dominus noster ita verus homo et verus est deus: de patre deo deus, de matre homine homo. Illic secundum hominem, hic secundum deum loquutus cre-

13. *de alio Lazaro*] Luc. 16, 20—24.

14. *Ambulate* etc.] Ioann. 12, 35.  
15. *Vado* etc.] Ioann. 14, 28.

16. *Ego* etc.] Ioann. 10, 30.

17. Sciendum ... homine homo] Aperte hic Eutychianismo contradicit.

dicitur: iuxta quam rationem etiam in reliquis, quae aut aequalitatem cum patre aut humilitatem eius humanitatis sonant, facile intellectus patebit.

<sup>18</sup> *Ego sum vitis vera, pater meus autem agricola est:* quoniam pluviam et serenitatem ministrans nostrarum est culter animarum. Per *palmitem* vero fructiferum catholicum populum significat ubique diffusum; per infractuosum autem haereticos notat, quos velut sarmenta arida gehennae ignis exspectat.

<sup>19</sup> *Reconde gladium in theca.* Hic per gladium spiritus est intelligendus, ut alibi ait dominus Iesus: <sup>20</sup> „Non veni pacem mittere sed gladium.“ *Auricula autem a Petro amputata* auditus est Iudaeorum, ut ait Iesaias: <sup>21</sup> „Aure audietis et non intelligetis.“ Theca autem pectus est Petri, in quo latebat spiritus sanctus.

<sup>22</sup> *Et traxit rete in terram, plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus.* Sciendum est quod mare seculum significat, per *navem* ecclesiam, per *piscatores* apostolos, per *pisces magnos* animas sanctas, quas ideo centum quinquaginta tres esse evangelista commemorat, quoniam qui decalogi praecepta custodiunt accepto spirita septiformi sancti esse noscuntur; nam ab uno usque ad decem et septem multiplicati crescendo 153 faciunt. Spiritales ergo legunt evangelium, qui servantes numero et merito apostoli eligantur; caeteri vero, quorum vita expers est ecclesiasticae disciplinae, vagantur in fluctibus.

<sup>23</sup> *Iugum enim meum suave est et onus meum leve.* Et cur alibi legitur „Propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras?“ Manifestum est quidem quod omnes qui in Christo pie volunt vivere persecutionem patiantur.

18. *Ego* etc.] Ioann. 15, 1—2.

19. *Reconde* etc.] Ioann. 18, 10, 6, 9.

—11.

20. Non ... gladium] Matth. 10,

34.

21. Aure ... intelligetis] Ies.

22. *Et* etc.] Ioann. 21, 11.

23. *Iugum* etc.] Matth. 11, 30.

Sed tamen diligentibus deum quae sunt dura in praesenti vita fiunt levia spe futuri gaudii. <sup>24</sup> *Regnum dei intra vos est.* In unoquoque pro bonorum malorumque distantia aut deus regnat aut diabolus, quia necesse est ut cuius voluntatem opere perficit eius imperio videatur esse subiectus; itaque, si iusti sunt quidam, deus in his regnare videtur et dicendus est, si autem iniusti, diabolus. Potest et fides regnum dei dici, per quam scilicet iustus vivit et per quam Iesus Christus habitat in cordibus sanctorum suorum.

<sup>25</sup> *Abraham pater vester exultavit ut videret diem meum: vidit et gavisus est.* Prophetæ videntes olim appellabantur, ideo quod sancti spiritus munere ea quae caeteris erant clausa quasi futurorum praescii videbant, inter quos Abraham Iesum Christum vidit in spiritu.

<sup>26</sup> *Dixit Iesus ad Samaritanam: Da mihi bibere:* id est credulitatem tuam sitio et conversionem. Dicit ei quoque: *Voca virum tuum:* hoc est accommoda intellectum. *Quinque viros habuisti* vel pentateuchum vel quinque corporis sensus significat. Ideo Iesus <sup>27</sup> *pedes apostolis lavit*, ne quid in eis terrenae cogitationis et maculae remaneret. Ad hoc quoque legitur *Ioannes* <sup>28</sup> *recubuisse super pectus Iesu*, quia solus virgo fuit, qui a virginis filio prae caeteris praeferretur. Hic de secreto pectoris sui hauriebat aquam vivam quae ei nunquam faceret sitim. Ideo <sup>29</sup> *accepta buccella* legitur quod *satanas in Iudae pectus intravit*, quia sicut antidoto fugatur venenum, ita dato pane apparuit satanas in Iuda, in quo dum furaretur latebat, et ideo subdidit dicens *Quod facis fac celeriter*, ut ostenderet horam passionis propria voluntate sibi imminere.

Hortus domini est ecclesia catholica, in qua sunt ro-

24. *Regnum* etc.] Luc. 17, 21.  
Cf. lib. III. n. 43.

25. *Abraham* etc.] Ioann. 8, 56. 23.

26. *Dixit* etc.] Ioann. 4, 7. 16.  
18.

27. *pedes* etc.] Ioann. 13, 5.

28. *recubuisse* etc.] Ioann. 13,

29. *accepta* etc.] Ioann. 13, 27.

324 THEOPH. ANTIOCH. COMMENT. IN EVANG. LIB. IV.

sae martyrum, lilia virginum, violae viduarum, hedera coniugum: nam illa quae aestimabat <sup>30</sup> *eum hortulanum esse* significabat, scilicet eum plantantem diversis virtutibus credentium vitam. Amen.

30. *eum hortul. esse*] Ioann. 20, 15.

---

# LOCI

in commentariis Theophili evangelicis

## I. explicati.

**Evang. Matthaei:** 1, 1. 18 (lib. I. not. 3. 4). — 2, 1. 11—12. 16. 18. 23 (I. 5. 8. 9. 12. 13). — 3, 3. 4. 9. 10. 11. 12 (I. 15. 17. 18. 20. 22. 25). — 4, 3. 5. 6. 10 (I. 29. 26. 28. 30). — 5, 13. 14. 15. 17. 18. 25. 26. 29—30 (I. 32. 33. 34 [III. 5] 35. 36. 38. 39. 40 [II. 15]). — 6, 3. 19—20. 22—23 (I. 41. 42. 43). — 7, 3. 6. 7. 12. 16. 18. 24—26 (I. 44. 45. 148. 150. 46. 47. 48). — 8, 5. 12. 20. 22 (I. 49. 50. 51. 52). — 9, 12. 15. 16. 17. 20. 24. 25. 37 (I. 69. 53. 55. 56. 57. 58. 59. 60). — 10, 16. 23. 27. 29. 30. 36 (I. 61. 62. 64. 66. 68. III. 15). — 11, 16. 17. 30 (I. 94. 97. IV. 23). — 12, 1. 10—13. 20. 29. 32. 42. (I. 98. 99. 100. 102. 104. 108). — 13, 31—32. 44 [bis] 46. 47. 55 (I. 110. 70 [114] 72. 73. 120). — 14, 3—11. 13. 19. 19—21. 23—28. 25. 30—31 (I. 121. 74. 115. 75. 116. 79. 82). — 15, 22—27. 24. 34—38. 37 (I. 118. III. 9. 1. 76. 78). — 16, 23 (I. 31). — 17, 1—4 [bis] 26 (I. 124 [III. 6] 119). — 18, 8. 9. 12. 22. 24. (I. 86. 84. 87. 122. 123). — 19, 24. 30 (I. 126. 88). — 20, 1—10 (I. 128). — 21, 2—8. 28—30. 33—39 [bis] (I. 152. 129. 130 [III. 32]). — 22, 2. 11. 21. 25—26 (I. 93. III. 19. I. 131. 132). — 24, 7. 16—20. 36. 40. 41 (I. 133. 134. 136. 138. 141). — 25, 1—12. 15 (I. 143. 149). — 26, 2—20. 26. 29. 39. 51 (I. 151. 153. III. 42. I. 154. 155). — 27, 29. 34. 35. 50. 51 (I. 157. 158. 159. 160. 156). — 28, 1 (I. 162).

**Evang. Marci:** 1, 1. 3. 6. 13. 29—30 (lib. II. not. 1. 3. 4. 5. 6). — 2, 3—11 (II. 7). — 4, 20. 37—39 (II. 8. 9). — 5, 2—12. 25—27. 39 [bis] (II. 10. 13. 14 [23]). — 6, 34—43. 56 (II. 16. I. 117). — 7, 35 (II. 22).

**Evang. Lucae:** 1, 15 (lib. III. not. 1). — 2, 7 (I. 7). — 3, 6. 8. 9 (III. 39. 2. 3). — 5, 31 (I. 69). — 7, 12. 12—15 (II. 24. III. 10). — 8, 16. 18 (III. 4. 33). — 10, 13. 30—35 (III. 8. 11). — 12, 16—20. 35. 49. 52—53 (III. 12. I. 145. III. 13. 14). — 13, 11—14. 21 (III. 40. 21). — 14, 16—24. 28 (III. 18. 17). — 15, 11—31 (III. 22). — 16,

## 326 LOCI IN COMMENTAR. THEOPHILI EVANGEL.

1—8 [bis] 10—12. 20—24 (III. 24 [44] 75. IV. 13). — 17, 12—15. 21. 34 (III. 26. IV. 24. I. 140). — 18, 2—5 (III. 27). — 19, 2—8. 12—23 (III. 30. II. 20). — 23, 43 (I. 161).

Evang. Ioannis: 1, 1. 3 (lib. IV. not. 1. 3). — 2, 4 —9 (IV. 5). — 3, 13. 34 (III. 34. 37). — 4, 7—18. 17—18 (IV. 26. 6). — 5, 2—8 (IV. 7). — 7, 30 (IV. 10). — 8, 56 (IV. 25). — 9, 1—7 (IV. 11). — 10, 30 (IV. 16). — 11, 1—44. 39 (IV. 12. II. 25). — 12, 35 (IV. 14). — 13, 5. 23. 27 (IV. 27. 28. 29). — 14, 28 (IV. 15). — 15, 1—2 (IV. 18). — 18, 10. 10—11 (I. 155. IV. 19). — 20, 15. 17 (IV. 30. I. 163). — 21, 11 (IV. 22).

### II. allegati.

Genesis 6, 2 (lib. II. not. 2). 25, 23 (I. 89). — Levitici 19, 18 (IV. 9). — Deuteronomii 6, 5 (IV. 9). — Psalmorum 18, 5 (I. 77). 33, 11 (I. 127). 44, 2. 10 (IV. 2. I. 109). 68, 16 (I. 80). 123, 7 (I. 67). 136, 9 (I. 11). 149, 6 (I. 21). — Iesaiæ 6, 9 (IV. 21). 35, 5 (I. 90). 40, 4. 6 (I. 16. II. 19). — Ezechielis 11, 19 (I. 19). 18, 21 sqq. (I. 107). 33, 11 (III. 25).

Ev. Matthæi 5, 3 sqq. 14 (III. 41. I. 85). 7, 6 (II. 12). 8, 22 (II. 11). 10, 34 (IV. 20). 11, 5. 13 (I. 90. II. 17). 13, 38 (I. 71). 14, 31 (I. 125. III. 7). 18, 11 (I. 101). 22, 37. 39 (IV. 9). 23, 38 (II. 18). 27, 24. 26 (III. 29). — Marci 1, 3 (I. 1). — Lucæ 4, 6. 27 (III. 16. 26). 9, 60 (II. 11). 12, 49 (I. 24). 16, 16 (III. 56). 17, 21 (III. 43). 18, 22 (III. 31). 23, 18 (III. 28). — Ioannis 1, 1—2 (I. 2). 3, 5 (III. 20). 6, 41. 51 (I. 6. 54). 10, 16 (I. 63). 14, 6. 30 (I. 92. 81). 16, 15 (I. 137). 21, 5 (I. 96).

Actuum apost. 1, 7 (I. 146). 2, 3 (I. 23). 9, 4—5 (III. 52). 22, 3. 10 (III. 47. 53).

Ep. ad Romanos 3, 23 (I. 69. 91). 8, 14 (I. 106). 9, 13 (I. 89). 10, 18 (I. 77). — Ad Corinthios I. 3, 1—2. 6. 16 (I. 135. 139. 27). 7, 31 (I. 142). 8, 4 (IV. 2). 10, 4 (I. 10). 11, 3 (I. 14). 14, 20 (I. 95). 15, 52 (I. 147). — Ad Corinthios II. 4, 7 (I. 103). 6, 16 (I. 27). 11, 2—3 (I. 144). — Ad Galatas 3, 26 (I. 106). — Ad Ephesios 4, 15 (III. 36). 5, 8 (I. 65). 6, 15 (III. 23). — Ad Philippenses 2, 6—7. 9—10 (I. 111. 112). 3, 7—8 (III. 61). — Ad Colossenses 2, 9 (III. 38). — Ad Thessalonicenses I. 4, 16 (I. 113).

Ep. Jacobi 4, 6 (IV. 8). — Petri I. 5, 5 (IV. 8). — Petri II. 2, 9 (I. 83).

---

## FRAGMENTUM

### COMMENTARII THEOPHILI IN CANTICUM CANTICORUM.

<sup>1</sup> Ἐξ ἰθνηῶν τὸ κατὰ σάρκα ὁ κύριος, σωζομένου καὶ τοῦ  
<sup>2</sup> ἐξ Ἰουδα. Τίς σὺν ἐστὶν <sup>3</sup> τὸ ξύλον τοῦ Λιβάνου; Ρουθ ἢ  
 Μωαβίτις. Αὕτη γὰρ τέτοκε τὸν Ἰαβὴδ, ἐξ οὗ Ἰεσσαί. <sup>4</sup> Φο-  
 ρεῖον τοίνυν ἐστὶ τὸ σῶμα· φορεῖον ἐποίησεν· <sup>5</sup> ἀπὸ κοινοῦ τὸ

Ex gentibus secundum carnem dominus [oritur], salvo eo quod etiam *ex Iuda* [est]. Quodnam igitur est lignum Libani? Rutha Moabitis. Haec enim peperit Iobedum, ex quo Iessaeus. Ferculum igitur est corpus: *ferculum fecit*;

1. Ἐξ ... ἦμεν] Hoc fragmen-  
 tum inter Eusebii in Canticum Can-  
 ticorum commentarios, a Meursio  
 editos (Lugd. Bat. 1617. 4<sup>o</sup>. p. 37),  
 sub nomine exstat *Theophili*: „quem  
 eundem cum episcopo Antiocheno es-  
 se eumque in *Canticum* perinde ac  
 Proverbia Salomonis scripsisse vix  
 dubito, quia nullum alium Theophi-  
 lum in Salomonis libros commenta-  
 tum esse lego“ (Grabe Spicil. SS.  
 Patr. sec. II. p. 224). Pariter sub  
 „Theophili“ nomine, voce „Antio-  
 cheni“ non adiecta, insignis citatur  
 locus eius (Ad Autol. I. c. 5) in  
 Ioannis Dam. Parallelis. Cf. quae  
 supra p. 18 adnotavi.

2. ἐξ Ἰουδα] Gen. 49, 10.  
 Hebr. 7, 14.

3. τὸ ξύλον κτλ.] Cantic. 3, 9:

Φορεῖον ἐποίησεν ἑαυτῷ ὁ  
 βασιλεὺς Σαλωμών ἀπὸ ξύλων  
 τοῦ Λιβάνου.

4. Φορεῖον κτλ.] Tres offerun-  
 tur illius loci (n. 3) explicationes,  
 ut iam Maranus advertit. „Prima  
 corpus intelligit quod sibi Christus  
 formavit ex virgine, quae a Iuda ori-  
 ginem quidem ducebat, sed tamen  
 inter avias suas Ruth Moabitidem nu-  
 merabat. Secunda explicatio lecticae  
 nomine videtur caritatem intelligere,  
 quae omnia complectitur et ad omnem  
 agendi rationem pertinet. Tertia le-  
 cticam interpretatur animas deum in  
 se gestantes, quae ex lignis Libani  
 factae dicuntur, quia antea diabolo  
 erant emancipatae.“

5. ἀπὸ κοινοῦ] = κατὰ κοι-  
 νοῦ, h. e. pertinet τὸ ἐποίησεν



### 328 FRAGMENT. THEOPH. IN CANTICUM CANTICOR.

ἔποίησεν. Ὡσανει ἔλεγεν· ὅλον δὲ τὸ φορεῖον ἡ ἀγάπη ἐστίν, κατὰ τὸ ἑ Μείζων δὲ τούτων ἡ ἀγάπη. Φορεῖον τὰς θεοφόρους ψυχὰς. Ἀπὸ ξύλων τοῦ Διβάνου· ποτὲ γὰρ ὁ ξύλον τοῦ ἀντικειμένου ἦμεν.

commune est illud *fecit*. Quasi diceret: Totum autem [eius] ferculum caritas est, iuxta illud *Maior autem horum caritas*. Ferculum animas deum in se gestantes [designat]. *Ex lignis Libani*: aliquando enim lignum adversarii oramus.

ad φορεῖον et ad σῶμα. Cf. quae codex Bodleianus miscell. 45 (olim de illis formulis ad Tatiani Orat. 3024), chartac. in fol. saec. XVII. c. 1. n. 26 et Athenagorae Supplic. 7. Μείζων ... ἀγάπη] 1 Cor. c. 32. n. 6 monui. 13, 13.

6. ὅλον] Meurs. ὄσον. Genulnam lectionem illam suppeditavit 8. ξύλον τ. ἀντικειμ.] H. e. instrumenta diaboli.

**INDICES**  
IN  
**LIBROS THEOPHILI AD AUTOLYCEUM.**

---

- I. INDEX VERBORUM.**
  - II. INDEX RERUM.**
  - III. INDEX LOCORUM.**
  - IV. INDEX SCRIPTORUM.**
-



# I. Index verborum.

Numerus paginam et n. notam designat.

- A.*  
*Α* et *Δ* et *Δ* commutata 65. n. 9.  
 251. n. 6. 267. n. 23. α et ε 257  
 n. 4.  
*Ἀββακούμε* 162. n. 20.  
*ἄβυσσος*, ἡ, de profundo maris, 20 C.  
*τὰ βάθη τῶν ἀβύσσων* 14 D.  
*ἀγαθός*, —άτατος, 46 A (n. 2).  
*ἀγαθοσύνη*, ἡ, 11. n. 9.  
*ἀγένητος* deus 12 C. *ἀγένητος* et  
*ἀγέννητος* commutata 12. n. 1.  
*ἀδελφοκοιλία*, ἡ, *concubitus cum*  
*sore*, 28 C. 202 C; cf. Proll.  
 p. XLIV.  
*ἀδελφοκτονία τῶν ἀδελφῶν* 142 B.  
*ἀδιάφορος* — vide *ζάω*.  
*ἀέρος* 20 B (n. 5).  
*ἄηρ* — *ἀέρων τροπαί* 18 D (n. 1).  
*αι* et *ε* commutata 2. n. 3. 65. n. 8.  
 169. n. 35.  
*αἰθίος* et *ἰθίος* commutata 54. n. 3.  
*αἰδιότης*, ἡ, 124 A.  
*Ἄκοός* 64 C.  
*ἄλλα* — *ἀλλ' ἤ*, *nonnisi*, 158 D  
 (n. 2).  
*ἄλλως τε* 127. n. 12.  
*ἀλμυρότης*, ἡ, 98 D.  
*ἀναγραφαί*, αἱ, 244 D.  
*ἀνακεφαλαίωσ* 188 B.  
*ἀναλλοιωτος* deus, quatenus ἀθά-  
 νατος, 12 C.  
*ἀκνήμων* 158 C.  
*ἀναρχος* deus, quia ἀγένητος, 12 C.  
*ἀνάστασις* — *καθολική* 40. n. 14.  
*ἀναστροφῆ*, *visendi ratio*, *πράξις*  
*καὶ ἀναστροφή* 28 B.  
*ἀνακλήθημι* statum *εἰς ναόν* 48 C  
 (n. 3).  
*ἀνεκδιήγητος* 10 A.  
*ἀνείφραστος* 8 A. 16 C. 108 C.  
*ἀνέυρητος* — *ζήτημα* 110 C.  
*ἀνθρωπάρεσκος* 222 C.  
*ἀνθρωποβασία*, ἡ, 196 C (n. 3).  
 212 D. 224 A.  
*ἀνθρωποβόρος* 64 B.  
*ἄνθρωπος* metaph. dictum 5. n. 2.  
*ἀνθρωπότης*, *humanum genus*, 18  
 A. 96 A. 100 C. 158 C.  
*ἀνία* ἐν *τινι* 42 A.  
*ἀνίπαταμα* 196 A.  
*ἀντιμισθία*, ἡ, 76 D.  
*ἀντωπία* 16 C.  
*ἀπεικόνισμα*, τό, 30 A.  
*ἀποδίδωμι τινι τινος* 44 B (n. 12).  
*ἀποκαθίστημι* — *ἀπεματίστησεν*  
 214. n. 14.  
*ἀποκόπτω*, *castro*, 28 D.  
*Ἀπολλωνίδης* 62 A.  
*ἀποτάσσομαι τινι*, *valedico alicui*,  
 46 B.  
*ἀπρονοησία*, ἡ, 74 B. 184 B.  
*ἀπρονόητος* 192 C.  
*ἀργῶς* — vide *κενός*.  
*ἀρετή* — *ἀρεταί ποιεῖν*, *mira fa-*  
*cere*, 26. n. 8.  
*Ἀριστομίδας* 64 C.  
*ἀρῆβαβών*, ὁ, *pignus*, 26 A. 276 B.  
*ἀρρηνοβασία*, ἡ, 202 C; cf. Proll.  
 p. XLIV.  
*ἀρρητοκοιλία* 194 A.  
*ἀρρητοκοιλία*, ἡ, 183. n. 7.  
*ἀρρηνοκοιλία*, ἡ, 44 C.  
*ἄρνημος* 7. n. 4.  
*ἀρχαίος* — ἐν ταῖς *ἀρχαίσις*, *in*  
*archivis*, 244 D.  
*ἀρχή*, ἡ, *das Princip* (der Welt)

80. n. 7. de logo dictum 10. n. 4.  
82. n. 13.

ἀσόγκριτος 10 A.

ἀσυμβίβαστος (α συμβιβάζειν), un-  
vergleichlich, nicht aus der Ver-  
gleichung erschliesslich, uner-  
forschlich, 10 A; cf. Proll. p.  
XLIV.

ἀτενίζω τι, oculos in aliquid de-  
figo, 8 D. τινί 16 C.

Ἄττης, ου, 29. n. 9. 210. n. 6.

ἄττος referitur ad nomen mente sup-  
plendum 146. n. 15. αὐτοῦ et  
ἑαυτοῦ commutata 11. n. 6. 99.  
n. 7; nusquam αὐτοῦ etc. 88. n.  
20. 21.

ἄζωρητος deus 16. n. 3. δόξη 10 A.

## B.

β scriptum per υ 245. n. 5; cf.  
Proll. p. XVII.

βάθος — vide ἄβυσσος.

βασιλεύς imperator romanus 35. n. 5.

Βήρωσος 273. n. 22; cf. Addenda.

βλῶν 234 C.

Βάκρος 66. n. 14.

βόρειος — τὰ (μέρη) πρὸς βόρειον  
152 A.

βούλομαι — constanter 2 sing. prae.  
βούλει 144. n. 14 et impf. ἐβου-  
λόμην 126 B.

Βριτανός 153. n. 3.

## Γ.

Γ et T commutata 12. n. 11.

Γαλλεία 154 B.

γαμετή, ἡ, 136 D.

γέλοιος 48. n. 1.

γενητός et γεννητός 56. n. 12.

γίνομαι plsqpf. γηγόνειν 126. n. 5.

seq. infin. 107. n. 9. ἐγενήθη et

ἐγεννήθη commutata 141. n. 3.

Γύγος 268 D (n. 5. 7).

## Δ.

Δ — vide A.

Δαυίδ 162. n. 18.

δέ in eiusdem notionis repetitione  
99. n. 8. Vide δῆ.

δένδρα (wilde Bäume) καὶ ἀκρό-  
δρα (Fruchtbäume) 38 A.

Δευκαλιων, ἀπὸ τοῦ δεῦτε καλεῖν,  
232. n. 7.

δη et δέ commutata 60. n. 13. δη  
et δεῖ 173. n. 57.

δημιουργία τ. κόσμον — vide ποιέω.

δημιουργός deus unde 14. n. 5.

δήμος, ο, familia, 64. n. 6.

δικαία — ὁ διακεκαυμένη, regio  
(Africae) torrida 154 B.

δικαιοκραγέω 158 C.

δικαιοσύνη μελετᾶται 224 A.

δικαίωμα — δικαίωματα τ. θεοῦ  
224 B.

διοικεῖσθαι τὰ πάντα προνοία 212  
D. ὁ κόσμος προνοία διοικεῖται

ὑπὸ τοῦ τὰ πάντα ποιήσαντος  
θεοῦ 262 D. Cf. Addenda.

δοκιμάζω τὰ διαφέροντα 7. n. 4.

δράκων, διὰ τὸ ἀποδεδρακέναι,  
136 D (n. 15).

δράσσομαι 40. n. 11.

δρόσος, ἡ, plur. 20 B.

δύναμαι — constanter ἡδύνα(ν)το  
60 A. 124 A.

δύναμις — δυνάμει, quodammodo,  
129. n. 8. δυνάμεις, copias (Hee-  
resmacht) vel meton. ii qui copiis

praesunt (duces) 18 D; potenter  
facta, quoad providentiam: Aeu-  
